

EDMD SYDNEY WILLIAMS.

Augsburg

Boston

6/6

a/e


G. W. ZAPF.

ANNALES TYPOGRAPHIÆ AUGUSTANÆ

AB EJUS ORIGINE
M C C C C L X V I.
USQUE AD ANNUM
M D X X X.

ACCEDIT
DOMINI
FRANCISCI ANTONII VEITH

DIATRIBE

DE

ORIGINE ET INCREMENTIS ARTIS TYPOGRAPHICÆ

IN VRBE
AUGUSTA VINDELICA.

EDIDIT, NOTISQUE LITTERARIIS ILLUSTRAVIT
GEORGIUS GUILIELMUS ZAPF
SERENIS. PRINC. DE HOHENLOHE ET WALDENBURG SCHILLINGSFÜRST
A CONSILIIS AULICIS, ACADEMIÆ SCIENTIARUM BOICÆ MEMBRUM
ORDINARIUM, SOCIETATIS PATRIOTICÆ AC LITTERARIÆ HASSO-
HOMBURGENSIS SUBDIRECTOR ATQUE MEMBRUM HONO-
RARIUM, ET SOCIETATIS TEUTONICÆ ALTDORFENSIS
COLLEGA HONORARIUS.

AUGUSTÆ VINDELICORUM
IMPENSIS ALBERTI FRIEDERICI BARTHOLOMÆI
MDCCLXXVIII.

PERILLUSTRI ATQUE GRATIOSO

DOMINO

PAULO AMMANO,

SAC. CÆSAR. MAJEST. JOSEPHI II. A CONSILIIS ACTUALIBUS ET DUUMVIRO PERINCLYTÆ REIPUBL. AUGUSTANÆ FULGENTISSIMO.

NEC NON

VIRIS ILLUSTRIBUS, PERQUAM GENEROSIS, MAGNIFICIS DOMINIS

DOMINO

JOANNI THOMÆ DE SCHEIDLIN,

SEPTEMVIRO ET XENODOCHII AD S. SPIRITUM PRÆFECTO, NEC NON GYMNASII ANNÆANI PROTOSCHOLARCHÆ &c.

DOMINO

PAULO A STETTEN

SENIORI,

SEPTEMVIRO, QUÆSTORI ET DEPUTATO AD COMITIA IMPER. ET CONV. CIRC. SUEVICI &c.

DOMI-

DOMINO
WOLFGANGO JACOBO SULZERO,
QUÆSTORI ET ÆDILI ALTERNAN. REI MILITAR. ET BIBLIOTHECÆ PRÆFECTO &c.

DOMINO
JOANNI THOMÆ AMMANO,
SENATORI, REI TRIBUTARIÆ ET FRUMENTARIÆ PRÆFECTO &c.

DOMINO
PAULO A STETTEN
JUNIORI,
SENATORI, DICASTERII REIPUBL. AUGUST. PRÆSIDI (Oberrichter) ET GYMNASII ANNÆANI SCHOLARCHÆ &c.

DOMINO
ALBERTO A STETTEN,
SENATORI ET CONSULI.

PATRIÆ

PATRIÆ PATRIBUS

DOMINIS SUIS GRATIOSIS

MÆCENATIBUS ATQUE PATRONIS

OMNI PIETATIS REVERENTIÆQUE CULTU DEVENERANDIS

Annales hos

Typographiæ Auguſtanæ

Animi gratiſſimi Monumentum

pro inſigni Gratia & Favore

ſimul & pignus obſequii

ſubmiſſæque Venerationis

Cum voto Regiminis feliciſſimi

Proſperitatisque non interruptæ

in

in

Perpetuam ſui Commendationem

ea qua decet Obſervantia

ſacrum eſſe vult

Cultor devotiſſimus

GEORG. GUILIELM. ZAPF.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

GEORGIUS GUILIELMUS ZAPF.

Non primum me eſſe, benevole Lector! cui in mentem veniret annales typographicos urbis patriæ conſcribere, id orbi litterato ſatis notum eſſe arbitror, & exempla clariſſimorum virorum DE SEELEN (*), LEICHII (**), ROEDERI (***), *ut plures alios* (****) *præteream, uberius oſtendunt. Quare omni excuſatione hoc loco ſuperſedeo, meque ad alia potius accingo, quæ præmitti magis neceſſaria eſſe exiſtimo. Ac primum quidem de ipſa urbe noſtra* Auguſta Vindelicorum, *tanquam officina literaria, deinde de* Annalium *horum ſatis atque editione pauca ediſſeram.*

(*) Nachricht von dem Urſprung und Fortgang der Buchdruckerey in der Kaiſerl. freyen und des Heil. Röm. Reichs Stadt Lübeck. Lübeck 1740. 8.

(**) De origine & incrementis Typographiæ Lipſienſis liber ſingularis. Lipſ. 1740. 4.

(***) Catalogus Librorum qui Sæculo XV. A. C. N. Norimbergæ impreſſi ſunt. Norimb. 1742. 4.

(****) vid. Bibliothecam hiſtoriæ litterariæ ſelectam Struvio-Juglerianam Tom. III. Cap. XI. de origine typographiæ ejusque progreſſu in plurimis Europæ regionibus, Typographis, Bibliopolis & Correctoribus celebrioribus &c. pag. 2076. usque ad finem.

Augusta nostra permultis abhinc seculis artium & disciplinarum laude floruit. Ut enim de viris doctis, quos aluit fovitque, non dicam, neque commemorem, quos sumtus in comparanda bibliotheca & coemendis codicibus Msptis impenderit, quod meritum illius in scriptis publicis satis fuse jam pervulgatum est & celebratum (*). *Typographia vix inventa in primis etiam fuit* (**), *quæ illam promoverunt, ita ut jam A. C. MCCCCLXVI. exquisitissimi Libri hic in lucem prodirent, & quidem opera* Joannis Bæmleri, *de quo præter alios annexa* Diatribe de origine & incrementis artis typographicæ in urbe Augusta Vindelica *perutilem historiam percenset. Quod vero ad* Annales *hos pertinet,* JOANNES GEORGIUS LOTTERUS, *celebris & eruditus Augustanus, jam anno MDCCXXXII. eos ad edendum paravit, promisitque* (***), *sed fato Petroburgi perfunctus* HENRICO MEZGERO *Ephoro quondam meritissimo reliquit, qui, quod ille inchoavit, perpolivit, usus Bibliothecæ Collegii Evangelici Annæani, in qua permulta a primis typographis edita monumenta latent. Neque vero huic viro contigit cœptam pertexere telam. Adservatum id erat* JACOBO BRUCKERO, *celeberrimo quondam Ministerii Augustani Antistiti, ut eandem pro more suo, id est, erudite continuaret, donec totum illud* Annalium *opus*

cum

(*) vid. Wendleri Diss. II. de meritis Reipublicæ Augustanæ in rem litterariam, & ibid. cit. auctores.

(**) vid. Clariss. Viri *Denis*, Præfecti Bibliothecæ Garelliæ nuper editum opus Einleitung in die Bücherkunde 1ter Theil §. XXI. pag. 107. & seqq.

(***) vid. Leipziger gelehrte Zeitungen. A. 1732. pag. 80.

cum Bruckeriana *Continuatione per Apographum in manus* perillustris Domini PAULI A STETTEN junioris *incidisset, qui illud egregie adauxit & emendavit. Atque hoc loco non possum, quin* huic *patriæ nostræ* decori *tanto* literarum promotori, *eidemque* perillustris & *in* rem publicam *ac* literariam meritissimi Domini Patris PAULI A STETTEN senioris æmulo felicissimo *meritissimas debitas illi grates persolvam, utpote cujus consilio & ipsa* Annalium *permissione me plurimum adjutum esse publice profiteor. Simul mentem gratissimam consecro viro multa eruditione claro* Domino P. FRANC. KRISMER *in Monasterio Buxheim prope Memmingam degenti, qui suo de ortu & progressu Typographiæ Augustanæ libello Catalogum inseruit librorum* Augustæ *impressorum atque in Bibliotheca Carthusiana Buxheimensi extantium, quem cum docto* Domino FRANC. ANTONIO VEITH *pro sua in illum benevolentia amicitiaque communicavit, cujus beneficio iste Catalogus etiam in usus meos cessit. Sunt & alii plures, qui me suis auxiliis adjuvere, quibus omnibus gratias ago quam maximas. Neque parum mihi profuerunt libri sæculo typographico in* hac ipsa urbe *impressi, quos ipse in Bibliotheca mea adservo. Atque sic tandem effectum est, ut hi* Annales, *quantum id fieri potuit, pleni & perfecti prodirent. Quoniam vero omnia excutere omniaque latibula exquirere nullius hominis est, ad emendatiorem auctioremque editionem horum* Annalium *inposterum promovendam, ut sua Symbola conferant*, omnes Præfectos Bibliothecarum & Literatores *oro rogoque. Bibliothecæ aliquot Monasterio-*

rum aliæque tam publicæ, quam privatæ jamjam hinc inde auxilia sua promiserunt.

Diatribe de Origine & Incrementis artis Typographicæ in urbe Augusta Vindelica, *quam* Annalibus *adjeci, erudito* Domino FRANC. ANTONIO VEITH, *amico meo singulari, uti titulus jam indicat, referenda est, qui ex genuinis fontibus hausit atque in Bibliothecis Monasteriorum multum sudavit & alsit, id quod ad laudem hujus viri nondum satis noti haud reticendum esse putavi.*

Appendicis loco eos libros addidi, qui ex Typographia, Velseriana dicta ad Insigne Pinus *prodierunt. Ecquis vero* MARCUM VELSERUM *magnum illum* Duumvirum Augustanum *ignorat? Quis quæso, illius cineri non benedicat, vel bonus patriæ civis, vel bonarum litterarum fautor?* (*) *Neque hac in re typographi-*

(*) Illius opera Norimbergæ 1682. a *Christ. Arnoldo* edita fuerunt. Ego autem Codicem Rerum Augustanarum Vindelicarum Libb. VIII. fol. Venet. apud Aldum 1594. editum possideo, qui aliquando magni *Velseri* proprius fuit, notis ipsius magni viri manu adspersis, præsertim in Monumentis antiquis Augustanis, quibus annotationibus celeb. *Bruckerus* jamjam usus est, ut qui eas primum clar. *Schelhornii Amoenitat. litterar.* Tom. V. pag. 116. seqq. postea autem suis Miscellaneis historiæ philosophicæ, literariæ, criticæ pag. 585. seqq. sub titulo inseruit: „Antiquorum, quæ Augustæ Vindelicorum extant, Monumentorum a „summo viro Marco Velsero Duumviro Augustano, ad calcem rerum „Augusta Vindelicarum editorum supplementum ab ipso Auctore colle„ctum, ex codice Velseriano editum.“

graphica prætereundum est DAVIDIS HOESCHELII, *Rectoris Gymnasii Annæani magnique suo tempore Philologi, præclarum nomen* (**), *qui auctor fuit* Velsero, *ut ex propriis typographeum constitueret, in quo scriptores tam græci quam latini aliique imprimerentur. Paruit* Velserus *utilitate hujus instituti agnita, & anno MDXCIV. adscitis in societatem* aliis viris egregiis, Mæcenatibus Fautoribus*que aperuit magnificam illam officinam, cujus signum* Pinus *erat cum epigraphe:* Honos erit huic quoque pomo. *Omnes hujus Typographei editiones egregiæ, admiratione atque applausu dignæ, sed eædem raræ sunt. Altum de eo in historia typographica silentium fuit, dum cel.* Bruckerus *primum de illo disseruit* (**), *postea clar. b.* SCHELHORNIUS (***), *nunc autem* SCHELHORNIUS filius, *in rempublicam litterariam bene merentissimus, quem in amicis meis intimis diligo, accurate descripsit, editionesque omnes, quas reperire potuit, secundum annorum seriem annotavit* (***). *Nonnulli desunt, forsan*

(*) Vitam & merita hujus clarissimi viri prolixe descripsit celeb. *Bruckerus*, vid. Miscell. ejus hist. philos. litter. crit. pag. 444. seqq. Codex Manuscriptus chartaceus græco-latinus apud me est, quem *Hoeschelius* ipse nitide scripsit, hoc titulo insignitus: Ερμου Τρισμεγίστου Φιλόσοφο Θεολόγου ἅπαντα σωζόμενα. *Mercurii Termaximi Philosopho Theologi omnia quae restant 4to* 1591. *pagg.* 466. sine indice.

(**) Loc. cit. pag. 455. & in not. (nn).

(***) vid. Ejusd. Ergötzlichkeiten aus der Kirchenhistorie und Literatur 2. Band pag. 637. seqq. & 3. Band pag. 842. seqq.

(****) vid. Beyträge zur Erläuterung der Geschichte besonders der Schwäbischen Kirchen und Gelehrten Geschichte 4tes Stück pag. 177. seqq.

forsan quoque plures. Multas editiones ex illis ipse collegi, multas, quia neque signo neque epigraphe gaudent, difficulter, nisi typis elegantissimis, agnoscas. Anno MDCXIV. *cum* Velserus *vitam cum morte commutasset, etiam institutum hoc typographicum desiit. Itaque in* Catalogo *hoc celeb.* Schelhornii *cum additamentis nonnullis iterum exprimendo qui literarum amator curam meam reprehendat, arbitror fore neminem. Scrib. die XXVIII. Martii MDCCLXXVIII.*

FRAN-

FRANCISCI ANTONII VEITH

BIBLIOPOLÆ AUGUSTANI

DIATRIBE

DE

ORIGINE ET INCREMENTIS

ARTIS TYPOGRAPHICÆ

IN VRBE

AUGUSTA VINDELICA.

PRÆFATIO AUTHORIS.

Cum junior essem, & litterariæ eruditionis studio mirifice delectarer, insuperque occasionem nactus essem, aliquot Bibliothecas, quæ Augustæ sunt, lustrandi: in eam incidi cogitationem, ut, si quæ, de origine & incrementis typographiæ in urbe patria invenissem, ea fide accurateque conscriberem; ad quod ipsum præstandum eo lubentius animum induxi, & quod minime vituperatione dignum fore putarem, si in rebus patriis illustrandis operam ponerem: & quod hanc spartam a nemine ante me satis pro meritis occupatam esse scirem. Equidem *Jacobus Bruckerus* tractatiunculam quandam hoc de argumento *Museo Helvetico ad juvandas litteras, in publicos usus aperto. 8vo Turici,* 1752. *Particula XXIII.* sub titulo: *Origines Typographiae Augustanae historico filo deductae*, inseri curavit; sed, quod ad prima typographicæ artis initia in urbe memorata attinet, præ nimio veritatis eruendæ studio rem intricasse magis, quam extricasse videtur; ut nihil dicam, eum cetera breviter & jejune admodum exsecutum fuisse.

Diu pressi hanc meam scriptiunculam, quod eam tum ob varias rerum circumstantias, tum ob multiplices negotiationis librariæ occupationes multis locis maneam, imperfectamque esse deprehenderem; donec tandem, amicorum potissimum hortatu motus, eam publici juris facere decrevi: præsertim postquam intellexeram, illius videndæ spem orbi litterato jam aliquot abhinc annis Perillustrem D. *Christoph. Gottlieb. de Murr*, utut me inscio & inconsulto, fecisse. (a) Quippe absonum credebam post hæc

 vel

(a) In libro: Journal zur Kunstgeschichte rc. 1ter Th. p. 59.

vel viri clarissimi fidem in suspicionem adducere, vel benevolam reipublicæ litterariæ deludere expectationem.

Opportune accidit, ut eodem ferme tempore Prænobilis & Eruditissimus Vir *Georgius Guilielmus Zapfius*, Consiliarius aulicus Hohenlohe-Waldenburgicus, pluribus jam editis libris clarus, suum de publicando librorum ab introducta Augustam typographia ad Annum MDXXX usque ibidem excusorum Catalogo consilium mecum communicaret: cumque eidem vicissim aperuissem, me quoque nonnulla, ad idem argumentum facientia, in promptu habere, ea se memoratis Annalibus suis libenter præfixurum esse, ediceret.

Itaque occasione ultro oblata utendum ratus, præsentem *Diatriben de Origine & Incrementis Artis typographicae in urbe Augusta Vindelica* tibi sisto, benevole Lector! ad quam expoliendam, multisque modis perficiendam permultum contulit *P. R. P. Franciscus Krismer* S. Ordinis Carthusianorum in Buxheimensi prope Memmingam, Sueviæ Civitatem, cœnobio Professus, & pro tempore Bibliothecarius meritissimus, qui pro singulari, qua est erga me, benevolentia ea, quæ nuper de eadem materia docto prolixoque stylo conscripserat, sub titulo: **Historisch-chronologische Abhandlung von den ersten Künstlern der Buchdruckerey in Augspurg, von derselben Anfang und Fortgang bis auf das Jahr** *MD.* mecum benignissime communicavit, eo permissu, ut labore suo ad meam *Diatriben* augendam, explendamque pro libitu uterer.

Hæc sunt, quæ te monitum volui, Lector! Vale, &, si tempus, vitæque meæ rationes tulerint, varias *notitias de vita & scriptis Litteratorum Augustanorum*, quas sub titulo: *Bibliotheca Augustana*, duobus justæ molis voluminibus in Folio (ut aiunt) digessi, Deo adjuvante expecta.

DE

DE
ORIGINE ET INCREMENTIS
ARTIS TYPOGRAPHICÆ
IN VRBE
AUGUSTA VINDELICA.

§. I.

Primum omnium ſatis conſtat, artem typographicam anno circiter MCCCCXL poſt Virginis partum Moguntiæ a *Joanne Guttenbergio*, *Joanne Fuſt*, & *Petro Schoeffer* ſingulari divini Numinis providentia beneficioque inventam, & primum artis perfectæ ſpecimen (Pſalmorum Codex id fuit) a *Joanne Fuſt* & *Petro Schoeffer* ibidem anno MCCCCLVII. orbi ac publicæ luci datum fuiſſe (a). Nam etſi multi multa de variis libris ante hunc annum tum alibi, tum etiam Auguſtæ (ut volunt) excuſis in contrarium afferant, illa tamen, quod a viris in hac materia acutius videntibus aut revocata in dubium, aut omnino confutata fuerint, hoc loco recoquere nolo; præcipue cum animum inducere nequeam, ut Cl. Viri *Michaelis Maittairii* omnium, quotquot de hiſtoria typographica ſcripſerunt, facile principis monitis minus paream, *Tomi I. Parte I. Annalium* ſuorum *typographicorum* pag. 1. diſerte affirmantis: „quidquid ante annum MCCCCLVII. impreſ„ſorum librorum a quibusdam venditatur, non temere in artem ty„pographicam admittendum eſſe, ſed ad aliam artem multa hujus„cemodi opera referenda eſſe, ſcilicet ad Sculpturam, ſeu Xy„lographiam jam diu cognitam, & uſu creberrimo frequentatam,

(a) vide Michael. Maittaire Annales typographicos. 4. Amſtelodami 1733. (qua editione ſemper uſus ſum, quoties Maittairii auctoritatem laudo) pag. 1. & ſeqq. Partis I. Tomi I. & pag. 270.

„quæ, uti typographiæ adinveniendæ ansam dedisse credibile est, „ita ab ea tantum discrepat, quantum Characteres mobiles, qui„bus hæc, a fixis & immobilibus, quibus illa utitur, discrepare in „propatulo est.“ Atque idem *Maittairius* paulo post fatetur: „nullius libri impressionem sibi innotuisse, quæ tempus anno „MCCCCLVII. antiquius exhiberet: neque ab ullo eorum, qui „in hæc tempora animum ad pervestigandas artis typographicæ „origines appulissent, tale opus repertum fuisse; nam etsi plures, „qui ejuscemodi libros pro veris artis typographicæ fœtibus habe„bant, extiterint; tamen post patuisse eos vel ad artis Xylogra„phicæ reliquias amandandos, vel annorum impressionis numerum „artificum aut incuria aut malitia depravatum fuisse.“ Hæc de arte typographica, generatim spectata, satis sunto.

§. II.

Jam propius ad propositum mihi scopum tendere juvat, discutereque, quo primum tempore ars typographica Augustam, artium quarumvis ac scientiarum sospitam, fautricem, patronam in paucis eximiam venerit, ac quibus deinde incrementis, ad annum circiter MDL. usque, ibidem aucta sit? Sane vrbi patriæ oppido congratulandum esse existimo, quod hac nobilissima arte haud diu caruerit; sed inter primas Europæ Civitates adnumerari mereatur, quæ eandem suos intra muros mature satis receperunt. Quod ipsum quo maxime anno factum sit, priusquam doceam, falsæ nonnullorum Scriptorum narratiunculæ referendæ mihi sunt, quas retulisse, confutasse est. Sic *Gilbertus Cognatus in Sylv. Narr. l.* 3. *p.* 278. Petrum Schœfferum perperam, Augustanum & Inventorem typographiæ ibidem fuisse, scripsit; cum tamen Schœfferus ipse patriam suam *Germersheim* vocarit (b). Sic alii de Bibliis ante annum

(b) vide *Iac. Bruckeri* origines typogr. August: historico filo deductas, in Mus. Helvet. ad juvandas litteras in publicos usus aperto, Partic. XXIII, Tur. 1752. 8. p. 356.

annum 1450 Augustæ excusis somniant, quorum prima anno 1447 ibidem typis exscripta esse affirmant, & quorum Exemplar in *Guelpherbytana* bibliotheca extare monuit Perillustris ac Generosus *D. Paulus a Stetten, junior* (c), ita tamen, ut illud, non tanquam verum ac genuinum exemplar, venditet; sed tantum in numero operum, canæ vetustatis ergo oppido controversorum, reponat. Sic *Biblia*, quæ in publica Augustana Bibliotheca ad S. Annam extant, & duobus adpictis scutis, seu Armis (quibus numerus anni MCCCCXLIX adpositus est) in fronte insigniuntur, ab aliis quidem Arma illa, pro Armis possessoris, habentibus (quod, ut necessario consequitur, prius excudi hæc Biblia, quam possideri, debuerint) anno MCCCCXLVIII. ab aliis vero Arma illa, pro Armis typographi, imo *Joannis Fust*, habentibus anno MCCCCXLIX. falso alligata fuerunt. Utriusque partis errorem demonstravit *Jacobus Bruckerus* (d) ostendens, *nec Fustiana illa insignia esse, nec pertinere istum anni numerum ad significandum editionis annum* (ut ipsis illius verbis (e) utar). Sic rursus ab aliis, ut primum artis typographicæ Augustæ specimen, prædicatur *opus Chiromanticum* a *Joanne Hartlieb*, Alberti III. Bavariæ Ducis Medico, in linguam Germanicam conversum (non compositum uti falso asserit *Jacobus Bruckerus* (f) cum ipsa libri inscriptio reclamet, quæ sic sonat: *Das nachgeschrieben Buch von der Hannd hatt zu teutsch gemacht Doctor hartlieb* &c.), quod anno MCCCCXLVIII. Augustæ a *Jacobe Scapsio* publicatum dicunt (g). Verum, cum opus hoc certo xylographicum sit, nihil ultra id moror, satis habens, his omnibus monitum

Mich.

(c) In libro: Vorstellungen aus der Geschichte der Stadt Augspurg, sammt deren Erläuterungen p 51.
(d) In collectan. criticis ad historiam L. Teut. facientibus, Tom. V. p. 13.
(e) *Iac. Bruckerus* in originibus typographiæ &c. ut supra p. 356.
(f) Loco citato p. 357. in notis.
(g) *Iac. Bruckerus* loc. cit. Scapsium hunc *Iacobum* vocat, *Paulus a Stetten junior* vero l. c. *Georgium* nominat. Confer. *Io. Georgii Schelhornii* Amœnitates litterariæ Tom. V. p. 240.

Mich. Maittairii, sub finem §. I. a me allatum, mire firmari, nimisque vero consentaneum comprobari.

§. III.

Erroribus superiore paragrapho recensitis novum adjecit *B. Loescherus* Strom. p. 40. a quo etiam *Mich. Maittairius* (h) falli se passus est, dicens: *Anno* 1463 *Augustam Vindelicorum venisse typographiam, a Melchiore Stainhemio SS. Udalrici & Afrae Abbate susceptam, scribit Loescherus ex testimonio Bernhardi Hertfelderi, in descriptione Basilicae S. Udalrici.* Verum male intellexit *Bernardi Hertfelderi* testimonium *Loescherus*; nam *Bernardus Hertfelder* in eo loco, in quo *Melchioris de Stambam* Præsulis cœnobii SS. Udalrici & Afræ Augustæ meminit, annum, quo ars typographica ab eo in monasterium introducta est, distincte non expressit. En ipsa illius verba: *Ut fratres ad litteras magis animaret, & otium, perniciem monasteriorum, fugaret, artem impressoriam, a Joanne Guttenbergio nuper inventam, in Conventum suum introduxit, templum ruinam minitans diruit, & novum a fundamentis exstruxit* (i). Tum ad annum MCCCCLXIV. prosequitur: *Hoc anno Maximilianus* &c. &c. At objiciet aliquis, fautor *Loescheri*: hac ratione laudatum *Bernardum Hertfelderum*, tacite indicare, artem typographicam ante annum MCCCCLXIV. in præfatum monasterium introductam fuisse. Huic repono: *Bernardum* in allegato superius loco non tam chronographum, quam encomiasten agere; nam, si ex annorum serie gesta *Stambamii* memorare in animo habuisset, mentionem de templi ædificatione in annum MCCCCLXVII. (utpote quo primus illius lapis teste *Corbiniano Khammio* (k) Monacho Cœnobii SS. Udalrici & Afræ, & rerum Augustanarum sub initia labentis Sæculi nostri

(h) loc. cit. p. 8.
(i) *Bern. Hertfelder* in Basilica SS. Udal. & Afræ p. 181.
(k) In libro: Hierarchia Augustana, Parte III. Regulari. p. 81. 82.

ftri diligenti Scriptore positus est) rejicere debuisset. Ex quo pa tet, *Bernardum Hertfelderum* citato loco egregia *Stambamii* Abbati facinora, ab eo totius vitæ & regiminis spatio edita, collectim ex posuisse, ut ea lector uno quasi oculorum conjectu perstringer posset. Responsioni huic meæ quasi colophonem addit lauda *Corbiniani Khammii* auctoritas, diserte (l) affirmantis: anno primur MCCCCLXXII. Typographiam in monasterium SS. Udalrici & Afræ receptam fuisse. Sed huic controversiæ a me lux clarior, & omnes dispulsura tenebras, §. VIII. hujus meæ *Diatribes* affunde tur.

§. IV.

Ex iis, quæ priori paragrapho in medium attuli, plus quar satis liquet, *B. Læscherum* (m) & post illum *Klemmium* (n) etiam i hoc orbi litterario imposuisse, quod, anno MCCCCLXIV. Bibli ab *Ulrico Geringio*, *Martino Cranzio*, & *Michaele Friburger* latin Sermone, in sæpius laudato monasterio SS. Udalrici & Afræ Au gustæ, cusa fuisse scripserunt. Cui Læscherianæ observationi jar prius *Mich. Maittairius* (o) admodum erudite contradixit. Nequ audiendus a nobis *Corbinianus Khammius*, qui *Joannem Bemlerun* anno MCCCCLXIV. Biblia latina (p) Augustæ typis exscripta esl memorat; nam, cum in nullo alio scriptore vel volam hujus ed tionis invenire sit, mendum vel ipsius *Khammii*, vel typothet oscitantia incuriaque in annum impressionis irrepsisse, nequaquar temere credo.

(l) loc. cit. p. 83.
(m) Stromat. p. 40.
(n) In descriptione initii & progressus typographiæ in Suevia, vernacule edita, §. V pag. 50. ubi pro anno 1464 mendose annum 1466 positum esse observavit *Lac. Br ckerus* in Originibus Typographiæ, ut supra, p. 359.
(o) loc. cit. p. 8. in notis.
(p) Hierarchia Augustana Parte I, Cathedral. p. 288.

§. V.

Satis, puto, quæ hactenus dixi, evincunt, originem typographiæ Augustanæ, spissis involutam tenebris, latere. Et dolendum profecto summopere, Chronographorum Augustanorum, quorum tamen tum edita, tum inedita bene multa lustravi Opera, nullum ad posteritatis memoriam annum vel tempus litteris consignasse, quo ars typographica, ejusque primi antistites seu magistri Augustam appulerunt. Utcunque sit, post emensum superioribus paragraphis errorum ac falsitatum pelagus, jam portum subire videmur; præsertim si in sola virorum eruditorum authoritate, & consentientibus illorum testimoniis acquiescere placuerit. Devenimus ad annum MCCCCLXVI. quo ipso *Augustæ* Biblia latina a *Joanne Bamlero*, vel *Bæmlero*, vel (si mavis) *Beumlero* procusa fuisse, *Achilles Pirminius Gassarus*, *Martinus Crusius* & *Melchior Adamus* testantur. Juvat horum virorum testimonia verbotenus referre. Itaque *Gassarus* (q) ad annum MCCCCLXVI. sic scribit: „Hocce item ipso anno evulgavit Joannes Bemmlerus Augstburgi „nostro Sacra Biblia latine nova typographica ea arte, quam Joan„nes Fustius apud Moguntiacam, Rheni metropolim, ante sede„cim annos (MCCCCL) primus hominum adinvenerat &c.“ *Crusius* (r) vero ait: „In eadem urbe (Augustæ) cum typographica ars „nuper inventa esset, Biblia latina primum 1466 a Joanne Bemlero excusa sunt.“ *Adamus* (s) denique: „Per Germaniam au„tem passim exercuerunt eam (typographiam) artifices in pleris„que celebrioribus urbibus: ut Augustæ Joannes Bemler Biblia „latina excudit anno 1466.“ Hos triumviros tum vetustiores, tum recentiores scriptores, qui de arte typographica tractarunt, omnes

(q) vide *Io. Burc. Menckenii* Script. Rer. Germ. Tom. I. p. 1660.
(r) Annales Suevici, Dodec. III. p. 420.
(s) Vitæ Germanorum Philosophorum p. 1.

omnes (t) & ipſe etiam *Michael Maittairius* (u) ſequi nequaquam gravati ſunt. Quis jam, poſt conſentientia tot tantorumque virorum teſtimonia, rem plane deciſam non crederet? Quis fieri poſſe arbitretur, ut tantæ teſtium multitudini aliquis occlamare auderet? Occlamavit anno MDCCXXVII in *Novis litterariis Lipſienſibus Krauſius* quidam & poſt hunc *Jacobus Bruckerus* (x) dicens: „horum teſtium omnium effata ſola *Gaſſari*, *Cruſii* & *Adami* auctoritate niti: imo etiam hanc trigam teſtimoniorum ad unius *Gaſſari* „referri poſſe; cum clariſſimum ſit, eum a *Cruſio* pariter, & *Adamo* exſcriptum fuiſſe." Sed quod *Jacobo Bruckero* clariſſimum fuit, id mihi admodum obſcurum eſt. Undenam novit ille, *Cruſium* & *Adamum* id, quod de Bibliis latinis, a *Joanne Bemlero* Auguſtæ MCCCCLXVI excuſis, narrant, non niſi ex *Gaſſaro* didiciſſe. Suppoſuit hoc ſcilicet *Bruckerus*, nou ſcivit, nec etiam ſcire potuit; cum neuter horum ſcriptorum indicet, quo ex fonte iſta hauſerit. Sed demus *Cruſii* & *Adami* teſtimonium ſola *Gaſſari* auctoritate niti, atque idcirco *Gaſſari* narrationem ponderandam atque dijudicandam eſſe; quid inde conſequitur? an: „paſſum hoc loco *Gaſſarum* aliquid humani eſſe, & vel Traditionis incertæ rumore, vel narrantis fide non „ſatis explorata, bona fide, ſed incauta attentione, iſtam narratiunculam ſuis Annalibus intuliſſe." Quid hoc concluſionis? ſubticuit *Gaſſarus*, an, quod citato loco ſcripſit, ex auditu vel aliorum id referentium ſcriptis, vel denique ex oculari inſpectione ſcripſerit; & mox *Bruckero* incertæ Traditionis rumor, vel narrantis non explorata fides, fontes illi ſunt, e quibus *Gaſſarus* narratiunculam iſtam in ſuas areolas derivavit. Denique provocat *Bruckerus* cum ſupra memorato *Krauſio* viros eruditos omnes, ut hujus editionis perantiquæ exiſtentiam demonſtrent, & exemplar

 horum

(t) Horum nomina ſcire ſi cupis, conſule Jac. Bruckeri Origines Typograph. Auguſt. ut ſupra, p. 363. 364.
(u) Annales typographici Tom. I. part. I. p. 8. & 276.
(x) Origines Typogr. Auguſt. ut ſupra, p. 364.

horum Bibliorum diligenti per Bibliothecas inquisitione pervestigent, ut hac ratione αὐτόπτου testis effato controversia omnis dirimatur. Hoc ego quidem ipsus optarim, petere non ausim; cum facile accidere potuerit, ut per trecentorum, & quod excurrit, annorum spatium editionis hujus exemplaria cuncta vel bellorum tumultibus, vel Vulcani edacis furore, vel aliis fortunæ novercantis casibus interiverint. Certe meus tum in his, tum in mox secuturis Bibliis inquirendis labor omnis incasum cecidit.

Præcedenti controversiæ mox succedit altera æque gravis, multisque circumsepta tricis. Anno MCCCCLXVII., post publicata anno priori Biblia latina, *Joannem Bæmlerum* nostrum etiam Biblia *germanica* publicasse tradit *Mich. Maittaire* (y), citans asserti sui testes *Jo. Fabricium* in *Biblioth. histor.* P. I. p. 24. *Le Long* in *Biblioth. sacra* Tom. II. p. 186. & *Dietericum van Stade* in *specimine lect. antiq. Francic. p.* 22. qui postremus insuper, sibi horum Bibliorum *Exemplar ad manus fuisse*, testatus est, atque ex eodem decalogum germanice ex Exod. XX. p. 23. exhibuit. Verum & his testimoniis, ac inprimis illo *Dieterici van Stade*, testem ocularem se profitentis, neglectis hanc editionem plures viri docti, & hos inter etiam *Jac. Bruckerus* (z) impugnant. His quod respondeam, aliud non habeo, quam (si res se ita non habet, prout eandem se habere testatus est *Dieteritus van Stade*) eum nos quam turpissime fefellisse. Verum interea dum positivis & certissimis argumentis probetur, *Dietericum van Stade* falsa tradidisse, & Exemplar illud ipsissimum Bibliorum, quo usus vir hic alioquin perdoctus est, necessariis loci, anni, typographi indiciis deficere, etiam hujus editionis gloriam *Joanni Bæmlero* non tam facile abjudicandam esse reor.

Post

(y) Annales typograph. Tom. I. Part. I. p. 277.
(z) Loco sæpius citato p. 367.

Post defensam *Jo. Bæmleri* causam, post primum inter Typographos Augustanos locum, & introductæ in vrbem patriam typographiæ honorem eidem assertum, jam reliqua, quæ mihi de illo innotuerunt, enarranda sunt. Quo loco mihi præmonendus es, Lector! me neque hujus *Bæmleri* nostri, neque sequentium typographorum cura excusos libros ordine chronographico accuratius recensiturum esse (istud enim hanc meam *Diatriben* subsequentes *Annales Typographiæ Augustanæ*, *ab ejus Origine MCCCCLXVI. usque ad Annum MDXXX.* satis abundeque præstant; quem etiam meis ex Annotatis incrementa haud spernenda accepisse, scias) sed tantum ea narraturum, quæ de illis memoratu digniora reperire licuit. Itaque ad *Bæmlerum* nostrum redeamus. Ab anno MCCCCLXVII. quo Biblia Germanica a Nostro typis exscripta fuisse, superius retuli, usque ad annum MCCCCLXXII. (a) nullum illius opus hactenus investigare potui. Ab hoc anno usque MCCCCXCII. fere continua Nostri memoria (b) occurrit. Equidem nonnulli vacant anni intermedii, scilicet annus 1480. 1485. 1486. 1487. 1489. & 1490. attamen haud dubito, quin etiam his annis arti impressoriæ operam dederit, etsi hactenus nullum opus, illis annis a Nostro excusum, inveniri potuerit. Anno MCCCCLXXXXII. *Catonis M. Ethicam*, latine cum versione Germanica, Augustæ in 4to excudit. Post annum vero MCCCCLXXXXII. *Joann. Bæmleri* vestigia me omnia quam longissime fugiunt, ita ut eum paulo post fatis concessisse, merito putem. Nonnullis suorum librorum majorem splendorem conciliaturus, figuras ligno incisas eis inseri curavit; id quod sequentes *Annales* ad annum 1472. 1473. &c, ostendunt. Optarem sane, Lector! plura parata habere, quæ tibi de hoc Typographorum Augustanorum Antesignano

(a) Hoc ipsum quadriennii integri intervallum objiciunt nobis ii, qui Biblia a *Bæmlero* annis 1466. & 1467. cusa oppugnant. Bene vero an male, tu judices, Lector!

(b) Hinc corrigendus *Iac. Bruckerus*, qui in suis Orig. Typogr. August. ut supra, p. 377. Bæmleri memoriam non ultra annum 1488. extendit.

no ac Prostata exponerem; sed cum mihi sors ista pauca tantum indagare concesserit, aliis post me ulterioris inquisitionis negotium relinquere compellor. „De cætero *Joann. Bæmlerum* non solum „librorum editionibus, sed etiam eorundem selectu meruisse, & „in hoc inprimis ad historiam & politiam respexisse bene monuit „*Jacobus Bruckerus* (c). Sic ei *Chronicon Imperatorum & Regum* „vernacule conscriptum, *Reformationem Imperatoris Sigismundi*, ali„qua multa debemus“, quæ fusius enarrant annexi *Annales*, quos & consulere tibi placeat, benevole Lector!

§. VI.

Joanni Bæmlero proxime succedit *Gintherus Zeyner*, vel *Zainer*, vel etiam *Zeuner*, cujus initia nullis, uti illa *Bæmleri*, obscurata tenebris, nullive obnoxia controversiæ sunt. Fuit is patria Reutlinganus, prout ipse de se in multis librorum suorum subscriptionibus testatur. Distingui autem oppido debet a *Joanne Zeyner*, quem anno 1473 & sequentibus *Ulmæ* excudisse Mich. Maittairius Annal. Typogr. Tom. I. Part. I. p. 232. & 322. tradit, & a quo in Bibliotheca F.F. Veith Bibliopolarum Augustanorum *Alvarus Pelagius de Planctu Ecclesiæ* anno 1474 procusus extat (d); id quod monere

(c) loc. cit. p. 377.

(d) Subscriptio splendidi hujus operis, quod in folio majori excusum est, sic sonat: „Suña notabilissima. valde omnibus spiritualibus ac secularibus proficua. de san„cte ecclesie katholice planetu intitulata. Deplangensque lamentans miserabilem „vitam nostram in hac lacrimarum valle. Itaque lugubrem utrumque tam ecclesia„sticorum quam Secularium statum A venerabili & religioso fratre Alvaro pelagij „(hispani natione) juris canonici doctoris egregio. ordinis sancti francisci professo. „Nec non suñopro tunc temporis sanctissimi in christo patris acDominidomini io„hañisvicesimi secundi sui papatus penitentiario, legaliter & multum studiose com„pilata. & comportata. Stabiliensque non minus intentum suum valide theologicis „juridicis. pro & contra probationibus & racionibus Prenuncupato suño pontifi„ce una cum venerabili & sacro collegio dominorum suorum cardinalium. mani„bus cancellatis cum omni subjectione exhibita & ostensa, minime tamen a sua san„ctitate

monere ſolum volui, quia citatus *Mich. Maittairius* opus idem Pelagii ab *Joanne Zeyner* ad annum 1473 recenſet. Ceterum hunc *Joannem Zeyner* aliquo cognationis gradu *Gintherum* noſtrum attigiſſe, tum patriæ, tum nominis, tum temporis ratio mihi perſuadent.

Sed ad *Gintherum* redeat oratio. Hic primum anno MCCCCLXVIII Auguſtæ in folio excudit *Speculum Paſſionis Chriſti*, aut (ſi mavis) *Meditationes Vitæ D. N. Jeſu Chriſti.* Deſcripſit ante me hoc opus *Jac. Bruckerus* (e) ex relatione Viri clariſſimi, & editione *ſcriptorum rerum Boicarum* orbi litterato notiſſimi D. *Andreæ Felicis Offelii* SSmi Bavariæ Ducis Bibliothecarii & Conſiliarii aulici, cujus Benevolentia ac favore me quoque frui magnopere lætor. Sed quoniam Exemplar hujus operis, quod mihi ex Bibliotheca celeberrimi & imperialis monaſterii Ord. S. Benedicti, ad SS. *Udalricum & Afram* Auguſtæ, inſpiciendum conceſſum eſt, in nonnullis ab Exemplari Bibliothecæ Electoralis Bavaricæ diſcrepat, illud hoc loco fuſius deſcribere non omittendum mihi judico. Itaque in folio primo hæc legere eſt: *Prologus in meditaciones vite Domini noſtri Jeſu Chriſti. De ſollicita pro nobis interceſſione. De contentione inter miſericordiam & veritatem. De vita beata virginis Marie ante incarnationem domini* &c. &c. Ad finem Regiſtri hujus manus, haud dubie coæva, adſcripſit: *Incipit liber meditationum vite domini noſtri Jeſu*

„ctitate in ſui aliqua parte redarguta. ac reprobata. Quinymo per temporis ſucceſ-
„ſum a Cardinalibus patribusque reputatiſſimis doctoribusque peritiſſimis. ad quo-
„rum pervenerat aſpectum. affectuoſe ſuſcepta perlecta viſa. ac approbata ymo præ
„aliquibus aliis ſummis recomendata & exaltata Per honorabilem virum iohannem
„Zeiner de Rütlingen procreatum urbe Ulm comorantem. cum ſuma diligentia
„correcta atque arte impreſſoria effigiata. Cum individue trinitatis adjutorio fini-
„ta. & feliciter conſumata. Anno domini Milleſimo quadringenteſimo ſeptuage-
„ſimo quarto. die vero XXVI octobris.
„Cui debetur laus. gloria. honor. virtus. & fortitudo. per infinita ſecula ſeculo-
„rum Amen.

(e) loco citato p. 370.

Jesu Christi. Prologus in hæc verba incipit: *Inter alia virtutum & laudum preconia de beatissima virgine cecilia legitur, quod evangelium Christi semper portabat in pectore.* Subscriptio totius operis hæc est: *Impressum est hoc psens opusculum in augusta per me Gintherum dictum Zeyner de reutlingen. IIII° ydus marcij. Anno LX° octavo.* Chartularii signum sunt claves duæ decussatæ: capitales litteræ miniatæ: charta densa & lævigata: compactura ex corio fusco, in cujus fronte affixus titulus: *Nic. Dinckelspübl Meditationes vitæ Christi.* Ex facta ergo a me descriptione Exemplar Bibliothecæ monasterii *ad SS. Udalrici & Afræ* ab Exemplari Bibliothecæ Electoralis Bavaricæ in his differe patet, 1mo: quod *Meditationes vitæ D. N. Jesu Christi* dicantur, etsi opus in se idem sit. 2do: quod illud *Augustæ* impressum disertis verbis affirmetur. 3tio: quod IV. Idus Martii (non III. Idus Martii, ut *Jacobus Bruckerus*, forsitan per errorem typothetæ, habet) finitum asseratur. 4to: quod *Nicolao de Dinckelspubl*, tanquam authori, vindicetur.

Jam ad alia a *Gintbero* cusa opera progrediamur, quæ speciatim memorari merentur. Anno MCCCCLXIX. typis vulgavit Noster *Suñam M. Joannis de Aurbach*, item *Joannis de Janua Catholicon;* quod, uti subscriptio operis in sequentibus *Annalibus* posita docet, sub Petro a Schaumberg Cardinale & Episcopo Augustano (fors etiam eodem hortante) cæptum, finitum vero sub Joanne de Werdenberg, itidem Episcopo Augustano, fuit. Anno MCCCCLXX. quo magnificum opus: *Guilielmi Durandi Rationale divinorum officiorum, in folio regali,* ut ajunt, publicavit; item 1471 & 1472 typographæo suo pariter optime præesse non prætermisit *Gintberus.* Testantur hoc opera illius, in sequentibus *Annalibus*, ad quos te, Lector! sæpius jam remisi, descripta; imprimis vero exemplar *Etymologiarum S. Isidori Hispalensis*, quod servat Bibliotheca *FF. Veith* Bibliopolarum Augustæ, in pergameno nitide impres-

pressum, litteris capitalibus & *stemate Stirpis humanæ* perpulchre pictis. Annum quoque 1473. quodam Specimine diligentiæ atque artis suæ insignivit Noster, vulgando *Petri Comestoris Historiam scholasticam*, quæ in Bibliotheca Buxheimensi Ord Carthusian. monasterii repperitur hac cum subscriptione: *Finit hystoria que & vulgato vocabulo scholastica, a Petro Comestoris edita Per Gintherum vero Zainer literis eneis impressa. Anno a Partu Virginis Salutifero Millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio*, in *folio* regali ut ajunt. Quamvis autem in hac subscriptione locus impressionis non annotetur, tamen dubio haud locum esse arbitror, quin dictus liber *Augustæ* procusus fuerit.

Hæc sunt, quæ de arte & operibus Nostri, in quorum subscriptionibus se primitus *commanentem in vrbe Augustensi*, postea *civem Augustensem* nominat, repperire potui; nullum enim opus supra laudata *Petri Comestoris historia* posterius, ab illo impressum, mihi occurrit. Unde qua occupatione ab anno 1473. ad annum 1475. vel 1478. quo eundem obiisse dicunt, dies suos transegerit, in obscuro est. Et quoniam de obitu Nostri mentionem injeci, scias, Lector! haud levi illum disputationi & controversiæ subjacere. Cito nobis peracta res esset, si *Mich. Maittairio* (f) nullo habito ad alia respectu consentire vellemus. Prodidit is memoriæ, *Gintherum* nostrum fatis extremis concessisse anno MCCCCLXXV. 14. Aprilis, citans *Rosweidum redivivum*, i. e. *vindicias vindiciarum Kempensium*, Colon. Agripp. 1649. in 12. editas, in cujus libri pagina 310. disertis verbis hæc monemur: *Imo ex antiquissimo Mortilogio MSS. in membrana Canonicorum Regularium Ord. S. Augustini ad S. Crucem Augusta Vindelicorum (ubi perpetuum anniversarium sibi instituit Sc. Zainerus) constat hunc Gintherum Zainer diem suum obiisse* 14. *Aprilis, anno* 1475. Et sane cum veritatis eruendæ causa in

 memo-

(f) Annal. Typograph. Tom. I. part. I. p. 298. 299. in notis.

memoratum monasterium me contulissem, ejusque ex alumnis de *Zainero* illiusque anniversario suscitatus essem, inspiciendum mihi non sine summa humanitate datum est illud ipsum *Mortilogium* quod citat ex *Rosweido redivivo Mich. Maittairius:* & legi in eo ad diem *Idus Aprilis* sequentia : *Añō dñi* 1475 *Obyt Guntherus Zainer c9 annisariū ppetue celebrare dem̄9 cum vigilijs majoribus de nocte & placebo & de mane cum pōri missa p. defunctis.* Verum hæc omnia, quia pluribus calami ductibus obliterata ac deleta sunt, exiguam aut nullam fidem merentur: eo magis, quod, etsi Noster in *libro Benefactorum dicti Monasterii* ad annum 1470. ob varia ornamenta Ecclesiæ donata memoretur, & in *recentissimo* ejusdem Canoniæ *Mortilogio* iterum Nostri ad 26. Mart. mentio occurrat, tamen nullibi amplius annus diesque ejus emortualis assignetur. Tutius itaque agemus, si iis fidem adhibuerimus, quæ in *libro Benefactorum Monasterii Buxheimensis Ord. Carthusiani, folio* 25. de Nostro habentur. Sunt autem sequentia: *Item dñs Güntber9 impssor ciūis auguste dt (dedit) nobis libros sbscriptos ppdeū & āiē sue salutē anno* 1474. *& seqūtibis pmo pantheologiā in duob9 volum̄b9 (d). Summam Jobis (e) Kathenā aūreā Scti thome (f) bibliam in wlgari insup. regali modo (g) registrū bti gregorij ppe (b) wilbelmū de fide & legib9 dūplr (i). postillā, sup eptās & ewangelia in wlgari (k) postillā sup ewān*[a] *gwillerini (l) Spectm hūmane vite in wlgari (m) Stephanum de fisco duptr (n). libellū de terra scta in wlgari (o) sum̄am pisani (p) libellū de legibus tpalib9 in wlgari (q). Titulos psalmorum cū exposicōē (r). Tetū (Textum) donati (s). lūmē aiē in latino (t). jtē hystoriam barlaā & josaphat (u) & dūo 9fessionalia in wlgari q obijt* 1478. *Et hʒ (habet) anivsa*[m] *(anniversarium) ppetuū nobiscū in die Scti remigij p se & pentib9 uxore & oib9 añcessorib9 filiis jd (idem) habuit plenū mochatū in domo hac sic vn9 de pfessʒ obijt jdūs aplis.* Et in *Necrologio* superius laudati Monasterii Buxheimensis de Nostro *ad* 1. *Octobris* hæc habentur: *Gintherus Zainer impressor librorum, civis Augustensis, benefactor bujus domus.*

Quæ-

Quæres forsitan, quid sibi verba illa velint: *Idem habuit plenum monachatum in domo hac, sicut unus de Professis?* En solutionem dubii tui: *Pleno monachatu persolvendo tenetur unusquisque Sacerdos ad Sex Missas celebrandas; non sacerdotes ad recitandum bis integrum psalterium, primum cum veniis ad singulos psalmos; fratres donati ad* 330. *Pater & Ave juxta tenorem statutorum.* Itaque patres venerandi, qui tum cœnobii Buxheimensis præsidium habebant, memores acceptorum a Nostro beneficiorum, hoc modo benefactori suo vita functo gratas vices rependere statuerunt, eorundemque haud immemor venerabilis Conventus hodiedum Anniversarium pro requie animæ ejus celebrare non prætermittit.

Utrum autem ex allata donatione concludi debeat, Libros illos, quos *Zainerus* præfato Asceterio obtulit, ab eodem & excusos fuisse, aliis discutiendum relinquo. Certe post annum 1473. in subscriptionibus librorum (etiam horum, quos Conventui Buxheimensi obtulit) nullibi amplius *Guntheri* nostri nomen repperitur. Unde relictis rebus dubiis ad veriora enarranda convertor. *Zainero* nostro ea laus propria est, quod primus teste *Gerard. Meermanno* in *Origin. Typograph. Ind.* 3. *part.* 2. *pag.* 286. *n.* 9. in Germania Romanis litteris excuderit: In hoc quoque laudandus venit Noster, quod non tantum typis aheneis (de qua re ipse in subscriptionibus librorum suorum gloriatur) usus sit; sed etiam figuris ligno incisis aliqua suorum operum decorarit, uti in sequentibus *Annalibus* ad annum 1471. & 1472. videre est. Hinc errare eos bene docuit *Jac. Bruckerus* (g), qui has figuras buxo insculptas primum circa Annum MCCCCLXXX *Antonio Sorgio* inventas tribuunt; cui asserto manifeste contradicunt *Biblia Germanica* anno 1477. ab ipso *Sorgio* impressa, quæ extant in Bibliotheca *FF. Veith* Augustæ, in folio majori; in quibus hæ figuræ sparsim occur-

 runt.

(g) Loco sæpius citato p. 375. Conf. Thes. Biblioth. Vol. I. Part. I. pag. 122.

runt. Confer, si lubet, Lector! quæ de hac eadem Materia sub præcedentis paragraphi finem monuimus.

De insignibus Nostri monendum restat, exhibere illa Leonem stantem in area rubra, lingua exserta, ornatum corona cærulea, facie spectantibus adversa; prout videre est in pluribus operibus, prælaudato Conventui Buxheimensi a Nostro donatis: cui si vita longior superfuisset, non est dubium, quin orbem litterarium majoribus pluribusque artis suæ speciminibus (Quis enim est, qui eundem pro brevi, quo excudit, temporis spatio sat multa magnaque præstitisse inficietur) locupletaturus fuisset, utpote *artis* (quod vere de se dixit) *doctissimus*, & *ingeniose Magister*.

§. VII.

Post *Guntherum Zeiner* laudandus occurrit *Joannes Schuszler*, vel *Schüssler*, de quo per temporis, rerum edacissimi, injurias pauca, quæ dicam, relicta sunt. Typographus hic annis MCCCCLXX. MCCCCLXXI. MCCCCLXXII. prælum exercuit, a librorum non multitudine quidem (Hoc enim ei per temporis, triennii nimirum, angustias haud licuit) attamen selectu & nitidis typis plurimum commendandus; uti testantur *Josephi Antiquitatum Libri XX.* fol. *Josephi de bello Judäico Libri VII.* fol. & alii Libri a Nostro cusi. Civem Augustensem ipse se vocat in librorum suorum subscriptionibus. Post annum MCCCCLXXII. nullo amplius monumento innotescit *Joannes* Noster; sive arti suæ valedixerit, sive naturæ debitum moriendo exsolverit, nescio? Alterutrum ferme sequeretur, si *Schisslerus* ille (de quo in sequenti paragrapho mentio fiet, & a quo, vel cujus quinque præla, aliaque utensilia typographicæ artis *Melchior Stamhamius* Abbas SS. Udalrici & Afræ anno 1472 coemit) unus idemque est cum *Joanne Schüsslero* nostro. Certe temporis ratio belle admodum concordat; nam anno

1472.

1472. VI. Nonas Julij (i. e. 2. Julii) Noster, haud dubie ultimo loco, *Jacobi de Therann Consolationem peccatorum* (uti sequentes *Annales* docent) excudit: & eodem anno, scilicet 1472. feria tertia ante festum S. Afræ (i. e. 5. Augusti memorata emtio subsecuta est. Si hæc observatio tibi probatur, Lector! bene est: si secus, mihi perinde est. Ipsus namque odi conjecturas & frivolas observationes, præsertim in materia *de Originibus typographicis*, quippe cum per illas, nihil planius expeditiusque fiat, sed potius obscura magis obscurentur, involutaque magis involvantur. Hoc tamen superioris observationis meæ defendendæ gratia dixero, jam ante me *Jacob. Bruckerum* (h) ex hoc ipso, quod post annum 1472. *Joannis* nostri officina in annalibus typographicis amplius non compareat, conclusisse, quod is vivendo huic anno non superfuerit. His ergo de *Schüsslero* dictis contentus esto, Lector! aut plura, si libet ac licet, erue.

§. VIII.

Jam ad typographeum, quod olim in *Monasterio SS. Udalrici & Afræ* Augustæ extitit, delabitur oratio mea; quod ut inposterum nemo oppugnare audeat, certissimis atque evidentibus argumentis evincam. Jam ante me observavit *Jacobus Bruckerus* (i), Abbatem, San-Udalricano monasterio per illa tempora præsidentem, *Melchiorem a Stambam promovendo una cum Senatu Augustano artem typographicam divinitus excitatam, maxime vero Typographos civitatis jure ac privilegiis ornando, effecisse, ut anno MCCCCLXX florens jam valde & adulta compareret Typographia Augustana.* Ego insuper demonstrabo, eundem Abbatem Typographeum, pluribus prelis instructum, permagna, ut illis temporibus, impensa in Monasterio ipso adornasse: imo eundem tum per se, tum per fratres

c 3 sibi

(h) Loco sæpius citat. p. 378. 379.
(i) ibid. pag. 373.

ſibi ſubjectos typographiæ operam navaviſſe. Aſſerti mei teſtem appello auctorem omni exceptione majorem, monachum ſcilicet & inquilinum memorati cœnobii, illis temporibus æqualem atque coævum, *Sigismundum*, qui in ſuo *Chronico Auguſtano eccleſiaſtico* (k) *cap.* 2. ita ſcribit: „Deinde ſub venerabili Abbate, D. *Mel-„chiore de Stambeim*, cum locus Bibliothecæ ..... eſſet nimis ad „tot libros anguſtus .... idemque Dominus Abbas impreſſoriæ arti „per ſe & fratres operam daret, quæ ars nuper inventa erat, con-„tigit locum maximo numero librorum augeri, ita ut valde am-„pliori loco opus eſſet.“ Cum his concordant ea, quæ *Sigismundus Mayſterlin* cœnobita San-Udalricanus itidem (hunc unum eundemque cum præfato *Sigismundo* credo) in *Indice Monaſterii SS. Udalrici & Afræ* Parte III. cap. 6. refert (l): *Cum ſub ejus* (*Melchioris a Stambam* puta) *temporibus ars imprimendi libros per Alemannos mira induſtria reperta eſſet, & fratribus peritis habundaret. nec minus per ſe eciam ſcienciam ſacre ſcripture haberet plurimam, cepit operam eidem arti dare. quare factum eſt quod per modum cambii copia librorum magna in Bibliotheca fieret.* Dictis concinit *RRmus Carolus Stengelius* Monachus San-Udalricanus primum, poſtea Abbas Anhuſanus (m) in hæc verba ſcribens: „Cum typographica ars nuper in-„venta eſſet Auguſtæ Biblia latina primum anno MCCCCLXVI. „a *Joanne Bemlero* excuſa ſunt: item in monaſterio SS. Udalrici & „Afræ ſpeculum hiſtoriale Vincentii in magno folio.“ Caveſis tamen, Lector! hoc *ſpeculum*, de quo inferius agetur, eodem quo *Biblia latina*, anno ſcilicet 1466. impreſſum putes. Triplici domeſtico teſtimonio quartum accedit, *P. Corbiniani Khammii*, itidem

(k) vide Joann. Piſtorii Rer. Germ. Scriptores Tom. III. p. 661. edit. Struv.

(l) Aſſervatur hic *Index Ioanni de Giltlingen* Abbati San-Udalricano anno 1484. Kalend. Maji a *Sigismundo Mayſterlin* dedicatus, ſcriptus autem *Leonardi Wirſtlini*, ſeu *Wagneri* ejusdem Monaſterii Alumni, & Calligraphi manu elegantiſſima in pergameno, in *folio* ineditus, in Bibliotheca ejusdem San-Udalricani aſceterii; cui præmittitur ejusdem *Mayſterlini Chronographia Auguſtanae urbis*.

(m) Commentarius Rer. Auguſt. Vindel. p. 243.

dem Cœnobitæ San-Udalricani (n), qui ſequentia de typographeo in SS. Udalrici & Afræ, litteris commendavit: „Poſt typographiam anno 1440 ... inventam ... tunc Auguſtæ primum a *Joanne Bemlero* anno MCCCCLXIV. Biblia latina ſunt excuſa: nec „non in SS. Udalrici & Afræ monaſterio prælo ſubmiſſum in magno folio hiſtoriale *Vincentii* ſpeculum.“ (Quæ hoc loco de Bibliis anno 1464. Auguſtæ excuſis memorat *Khammius*, jam ſuperius §. IV. a me confutata fuerunt. Quod vero ad *Vincentii ſpeculum* attinet, eadem cautione tibi opus eſt, Lector! quam a te adhiberi in ſupra relato *Stengelii* teſtimonio volui.) Et alibi rurſus ait: „Anno MCCCCLXXII Typographiam ... in Monaſterium „introduxit, anno MCCCCLXXII prelo ſubjiciens (Melchior de „Stamham nimirum) libros dialogorum S. Gregorii Papæ Anno „MCCCCLXXIV. *Sermones aureos Leonardi de Utino*, anno „MCCCCLXXVI. hiſtoriale Vincentii ſpeculum.“ Heus! forſitan dices, Lector! quam fædum parachroniſmum, admiſit *P. Khammius!* Quomodo *Melchior* Abbas, qui anno 1474. 30. Januar. jam vivis exceſſit, quomodo (inquam) potuit biennio poſt, ſcilicet 1476. *Vincentii ſpeculum* excudendum curare? Ut nihil objiciam de *Leonardi de Utino ſermonibus*. Recte ais, Lector! Ipſus miror obſcitantiam *P. Khammii*, incuriamque; at ex hac cauſam arripias nolim, Typographeum ipſum in dubium revocandi. Atque ut omnem de illo ſcrupulum dubitationemque animo tuo eximam, ecce *Apographum Chartulæ* pergamenæ, quæ in Bibliothecæ San-Udalricanæ pulpito aſſervata, anno 1771. 23. Auguſti faventibus Superis in manus meas incidit. Diſces ex eo, Lector! quando, quantis impenſis, quorum opificum labore ſæpius laudatus *Melchior* Abbas Typographeum ſuum ornavit: a quibus & quid coemerit; ita ut, poſt tam diſertam omnium enarrationem, qui adhuc dubium

(n) Hierarchia Auguſtana Parte I. Cathedr. p. 288. & Parte III. Regul. p. 83.

dubium ciere velit, eum mentis expertem esse plane judicem. Textum dictæ *Chartulæ* hic juxta vides in ære descriptum.

Monumenta autem typographica, quæ per varias temporis vicissitudines de hoc Typographæo nobis relicta fuere, in Bibliotheca sæpe memorati cœnobii hæc sunt: 1mo *Dialogi S. Gregorii*, qui ibi semel extant in *folio* cum hac inscriptione: *Incipit Liber dyalogorum beati Gregorii ad Petrū diaconum suum.* ad finem legitur: *Explicit liber quartus dyalogorum Gregorii.* 2do: *Idem opus S. Gregorii germanice*, quod inibi typis Germanicis excusum in triplo vidi cum hac inscriptione: **Hie facht an das Buch das der heylig vatter und Bapst** *sāctus Gregorius* **selbs gemacht hat von den heyligen .... und haisset das buch in latein** *liber dyalogorum.* ad calcem legere est: **Hye hatt ain end das puch genannt** *dyalogus sancti Gregorii pape*, **und das ward gedruckt, do ma. zalt nach cristi gepurd** *M.cccc.LxxIII.* **jar.** (Et in uno Exemplari rubro atramento manus vetusta & haud dubie coæva mox addidit) **im closter zu sant Ulrich zu Augspurg.** Post Dialogos autem sequuntur *Visio Tundali & ars moriendi* pariter germanice, & iterum in fine indicatur annus impressionis 1473. 3tio: *Vincentii Speculum historiale* tribus in magno *folio* voluminibus, in quorum tertio ad calcem sequentes versus excusi sunt:

Codicis insignis quin periodus quoque finis
Fauste nunc annotatur agente Deo.
In partes hunc sectum tres augusta*que lector*
Impressa litera dedit ecce tibi.
Hystoriæ seriem cujusvis complicat in se.
Hystoricum speculum cui bene nomen erit.
Illustris sentencia tempore quolibet apto
Omnis & inseritur florida queque viri

Aucto-

Auctoris nomen vincentius. ordine fertur
Prediquecator. burgundia sed patria.
MCCCCLXXIIII.

Non dubito quin vox: *augusta*, tertio versu occurrens, significet Augustam, locum impressionis: & hoc esse *speculum* illud *historiale* Vincentii, quod a *Melchiore a Stambam* typis subjectum fuisse *Stengelius* & *Khammius* monuerunt, arbitror. Illud etiam monere te debeo, Lector! in primi voluminis hujus *speculi* fronte hanc inscriptionem occurrere:

Fr. Petrꝰ Berckenmair mōchus & pfessus hꝰ loci donavit eidem istud volumē ꝯtinēs pmam ptē speculi hystorialis 1496.

Et hæc inscriptio repetitur in Tomo II. & III. nisi quod ibi positum sit *secundam*, *tertiam* partem.

Sed ut ad *Apographum Chartulæ* pergamenæ revertar, divinare haud queo, quale nam sit illud *Compendium morale*, cujus impressione typographeum San-Udalricanum primo occupatum fuit; nisi sit *speculum salvationis humanæ*, qui liber in memorati cœnobii Bibliotheca in duplo exsistit, & quem ibi impressum fuisse, multa persuadent. Similiter in sequentibus *Annalibus* ad annum 1483. occurrit *opusculum Germanicum*, quod inibi excusum fuisse, haud levis suspicio est. De reliquo etsi ipsus capere nequeam qua causa factum sit, cur in nullo librorum, in dicto cœnobio excusorum, impressum repperire sit e. g. *in monasterio* SS. *Udalrici & Afræ*; tamen post adeo evidentia argumenta, qualia attuli, neminem fore existimo, qui typographiam in dicto cœnobio receptam, & apprime cultam esse inficietur.

Quamdiu autem inibi floruerit, documentis necessariis deficientibus dicere haud possum: eandem anno 1516. e dicto cœnobio jam exulasse, hoc credibile facit, quod, cum eo anno Anonymus

nymus quidam, illius loci alumnus, *Vitam* SS. *Symperti*, *Udalrici* & *Afræ* vulgare vellet, eandem *Sylvanus Ottmar*, qui prope Ecclesiam S. Ursulæ, remotius a Cœnobio San-Udalricano, ædes habebat, dicti Asceterii sumptibus excuderit. Ita enim subscriptio operis hujus sonat: *Imprimebat nostri expensis cœnobii Sylvanus Ottmar XVIII. Kal. Majas* 1516. Sane magno reipublicæ litterariæ incommodo accidit, ut nullus veterum loci dicti Scriptorum ea fusius diligentiusque perscripserit, quæ ad hoc Typographeum attinent.

§. IX.

Eximiam quoque inter primos Typographos Augustanos laudem sibi comparavit *Antonius Sorgius*, civis ejusdem urbis, & *contentione artis*, & *sumptuum magnitudine* (ut *Jacobi Bruckeri* (o) verbis utar) & *operum etiam ex parte ingentium multitudine* sui temporis omnibus superior. Hunc ab anno MCCCCLXXV. usque ad annum MCCCCXCVIII. quo ipso teste *Mich. Maittairio* (p) *Henrici de Saxonia*, *Alberti M. discipuli*, *librum de secretis mulierum* excudit, operibus imprimendis insudasse, & amplo hoc temporis spatio orbem litteratum multis præstantibusque artis suæ monimentis locupletasse invenio, quorum distinctam recensionem sequentes *Annales* exhibent. Mira est subscriptio operis a Nostro cusi *Lumen animæ*, quam Mich. Maittairius (q) affert: *Per me Anthonium Sorg civem Augustensem, artis impressoriæ magistrum post diutinam occultationem (cooperante mihi imprimis Divina gratia, de post venerabilium fratrum beatæ Mariæ genitricis Dei de monte Carmeli benigno favore pariter & auxilio) non sine magnis laboribus ad laudem omnipotentis Dei totiusque triumphantis ecclesiæ honorem & decorem atque in majorem fructum ipsius militantis Ecclesiæ piorum filiorum simulque utilitatem, ubi supra,*

(o) Loco sæpius citat. p. 379.
(p) Annal. typograph. Tom. I. P. II. p. 679.
(q) Lib. citat. Tom. I. P. I. pag. 373.

pra, stagneis (aut potius stanneis) Karacteribus primum in lucem est productus, annoque a nativitate Domini. i. 1477. tercia die mensis Septembris (omni cum diligentia) completus.

Multum Noster arte sua tum de S. Scriptura, cujus editionem (& duplicem quidem, si *Jac. Bruckero* fides, unam sine anni (r), alteram cum anni indicio) anno MCCCCLXXVII. atque iterum anno MCCCCLXXX. procuravit: tum etiam de SS. Patribus meritus est, uti testantur *S. Ambrosii Expositio in Lucam*, S. *Bonaventuræ speculum Mariæ* a Nostro anno MCCCCLXXVI. impressi, aliaque. Sic etiam Juri provinciali illustrando inserviit, celebriores illius collectiones typis publicando, interque has opus intitulatum: *Das Wichbild und Lehenrecht*, quod in Bibliotheca *FF. Veith* Augustæ extat cum hac subscriptione: *Hie endet sich das remissorium mit sampt dem Wichbild und Lehenrecht, getrucket und vollendt in der Keyserlichen stat Augspurg von Anthonio* Sorg *an montag. nächst vor Thome des jars als man zalt nach Cristi gepurt MCCCCLXXXII.* Multum præterea Nostro ars heraldica debet ex eo, quod anno MCCCCLXXXIII. *Concilium Constantiense* cum quam plurimis principum & virorum nobilium, qui ei Concilio interfuerunt, Insignibus foras emisit; quem librum auctor *Thesauri Bibliothecalis*, *voll. II. Part. I. pag. 32. in notis*, rarissimum & forte primum in Germania vocat, qui Heraldica contineat. (*)

Cete-

(r) In Originibus Typogr. August. ut supra, p. 380. & in collectaneis ad hist. ling. German. facientibus, vol. V. pag. 8.

(*) vid. clariss. viri *Lud. Alb. Gebhardi* Genealogische Geschichte der erblichen Reichsstände in Teutschland. vol. I. in præfat p. 11. ubi scripsit: die erste gedruckte Wapensammlung, welche 1483. aus Ulrich Reichenthals Handschrift in der Historia Concilii Constantiensis bekanndt gemacht ist, entstund zufällig auf dem Concilio zu Kostniz. Man war seit dem dreyzehnten Jahrhundert nämlich gewohnt gewesen, die Schilder der Vorfahren in den Kirchen aufzuhangen, nachher aber in die Wände mahlen, und in die Fenster brennen zu lassen. Diesem Gebrauche folgte man auch zu Kostniz in Betracht der Schilder, die jeder vornehmer Anwesender vor seinem Zimmer aufgestellt hatte, und Reichenthal, der die Wandwapen abzeichnen und in Holz schneiden lies, lieferte daher

in

Ceterum deberi Noſtro inventionem, paginas vel folia, potius numeris ad commoditatem lectoris ſignandi bene aſſeruit *Jac. Bruckerus* (s) in hoc ſolo hallucinatus, quod jam anno 1484. paginas ſignaſſe numero S*orgium* dicat. Multo namque prius hoc eundem præſtitiſſe demonſtrant liber: *Chronica* **von allen Kayſern und Konigen ꝛc.** anno 1480. a Noſtro excuſus: item Liber ſupra laudatus: **Das Wichbild und Lehenrecht** anno 1482. a Noſtro editus. Merito deinde dubitavit ſæpe laudatus *Jac. Bruckerus* utrum Noſter typos germanicos (t) primus adhibuerit, uti nonnulli volunt. Horum enim aſſertum per ea, quæ ſuperiori paragrapho de Dialogis S. Gregorii, Germanice in Monaſterio San-Udalricano procuſis, attuli, in anteceſſum confutatum eſt.

Quanta cura Noſter uſus ſit, ut editiones ſuæ quam decoratiſſimæ comparerent, indicio certiſſimo ſunt figuræ ligno inciſæ, quibus libris a ſe excuſis gratiam ſplendoremque conciliare conatus eſt. Teſtes rei hujus exſiſtunt *Biblia* anno 1477. & 1480. item libellus: **Ein löblicher Paſſion nach dem Text der vier Evangeliſten** 4to itidem anno 1480. a S*orgio* impreſſa; qui libri extant in memorata Bibliotheca FF. Veith, pluraque alia. Præterea primus in libri cudendis formam in octavo (ut dicunt) Auguſtæ adhibuiſſe Noſter videtur, id quod in ſequentibus *Annalibus* ad annum 1487. cernere eſt. Denique Noſtrum virorum non ineruditorum numero inſerendum eſſe, ſuadet ſubſcriptio Operis ab eodem anno 1490. cuſi: **von dem leben und ſitten der haydniſchen Meiſter/** ſic ſonans: „**Hie endet ſich daz Buch der leben der natürlichen „maiſter/ mit jren züchten/ leren/ und ſprichen der ſitten aus jren „bü-**

---

in ſeiner Geſchichte das erſte allgemeine Wapenbuch, weil zu Koſtniz die vornehmſten Männer der ganzen katholiſchen Chriſtenheit verſammlet geweſen waren. Conf. ſequ. Annales ad annum 1483 *Editor.*

(s) Loc. cit. p. 381. in notis.

(t) Loc. cit. p. 381.

„büchern außgezogen und byejun durch Anthoni sorgen zu Aug„spurg mit ganzen fleiß und wachender Arbeit von newē auff „dem latein in teutsch geschriben und gemachet, getrucket und „vollendet am afftermontag nach sant felicen tag. under dem Jar „unßers Herren Jesu cristi tausend vierhūdert und neunzig Jar."

Hæc maxime ſunt, quæ de *Antonio Sorgio* commemorare habui; cum, quod reliquum eſt, facile ex ſubſequentibus *Annalibus* pateat. Illud unum addere hoc loco volui, Noſtri nomen ab anno MCCCCXCVIII. non amplius apparere: Imo ſunt nonnulli, qui *Sorgium* ne quidem usque ad annum 1498. excudiſſe volunt, ſuſpicantes in annum impreſſionis, ſupra memorati *Henrici de Saxonia de Secretis mulierum*, mendum ex transpoſitione cifrarum irrepſiſſe, & pro 1498. legendum eſſe 1489. Quod ſi hi recte ſuſpicentur, Noſtri memoria cum anno 1492. deſineret.

§. X.

Paragraphum hunc tribus typographis Auguſtanis, a quibus perpauca artis monumenta extant, dicandum arbitror. Sunt hi *Joannes Keller*, *Ambroſius Keller*, & *Joannes Wiener*.

Joannis Kelleri unum extat monumentum, cui titulus: *Vocabularius rerum*, latino-germanicus, cum ſequenti ſubſcriptione: *Finit Vocabularius rerum ex officina Jobis Keller in Auguſta. Anno Dñi MCCCCLXXVIII.* Repperitur hoc opus Noſtri in Bibliotheca *Canoniæ Pollinganæ* in Bavaria: nec non in Bibliotheca Editoris ſequentium *Annalium D. Zapfii.* Equidem ex Catalogo Bibliothecæ ordinis Equitum Johanniticorum fol. Argentinæ p. 262. *Jac. Bruckerus* (u) retulit in illa Bibliotheca extare idem opus Noſtri cum indicio anni MCCCCLXVIII. verum ego magnopere vereor, ne hoc in memorato *Catologo Bibliotb. Johannit.* mendoſe aſſeratur.

 Suc-

(u) Loc. cit. pag. 369.

Succedit *Ambrosius Keller*, nomen & omnibus annalium typographicorum scriptoribus, & mihi ipsi usque ignotum, donec illud ex Bibliotheca Monasterii Buxheimensis Ord. Carthusianorum didici. Ibi ergo extat a Nostro, quod sequitur:

„Aristotelis Opuscula logicalia: continentia Porphyrii Isagogen in Categorias Aristotelis cum ipsius Categoriarum seu „Prædicamentorum libro. item Peri hermeniarum seu de interpretatione libri 2. cum Gilberti Porretani de sex principiis, nec non Boetii Divisionum lib. quos sequitur ejusdem „Aristot. Priorum Analiticorum liber 1. & 2." *in fol. minori.*

Explicit liber priorum analeticorum Arestotilis qui est de resolutione silogismorum in principia sua feliciter. De cujus fine sit laus & gloria Christo intemerateque virgini ac matri ejus. Impressus per Ambrosium Keller in regia civitate Augusta. Sub anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo nono proxima die post festum Exultationis sancte Crucis.

„Ejusdem Analiticorum Posteriorum liber 1. & 2." *in folio „minori.*

Finit liber posteriorum analeticorum secundus Arestotilis & ex consequenti totus Impressus per Ambrosium Keller in regia civitate Augusta Anno dñi &c. in LXXIX in die sancti simpti.

„Ejusdem Elenchorum libri 2. ac Topicorum o&o." *in folio „minori.*

Finit liber octavus & ultimus Thopicorum analeticorum arestotilis. Impressus per Ambrosium Keller in regia civitate Augusta Anno ab incarnatione dñi Millesimo quadringentesimo septuagesimo nono. In die sancte Vrsulæ vginis Pro q̃ fine sit laus xpõ.

Hisce de *Ambrosio* dictis contentus sis, rogo, Lector!

Neque

Neque de *Joanne Wienner* plura exspecta. Hujus opera excusum habetur in Buxheimensi S. Ord. Carthusianorum monasterio *Joann. Nider Præceptorium divinæ legis in folio*, cum hac epigraphe: *Johañis nyder sacre paginis Egregii doctoris ordinis pdicatorum Cōventual. nurēbergensis pceptorii pclarissimū op9 quodā digne admiracōis mō. Nō pēnis ut pristi quidē. sed lris sculptis artificiali certe conatu ex ere Remota nēpe indagine. Ingenüque diversa ingetacōone illustre figuratū accurate denique correctum Ac p. discretū baccalarium Johānem Wienner Auguste impressum. Anno dñi MCCCCLXXIX.* Extant & alia duo monumenta Nostri in folio minori in ejusdem monasterii Bibliotheca, sed sine anni indicio, uti *Alberti M. Sermones de tempore*, & ejusdem *sermones de sanctis*, cum hac subscriptione: *Per Johannem Wienner Auguste impressi Finiunt feliciter:* & *Impressi per Johāēm Wienner in Augusta finiunt feliciter.* Præterea memoratur sequens [illegible] Nostri in *Catalogo Bibliothecæ Ord. Equitum Johannit. Argentorati. fol.* 97. sed sine indicio loci: *Explicit quadragesimale tripartitum Religiosi viri Magistri Johannis Gritsch de Basilea Professoris sacre Theologie eximii, Impressum & continuatum cum Dei adjutorio per Johannem Wienner de Wienna. Anno &c. LXXVII.* in folio. De cetero utrum *Læscherus* ultimum opus, scilicet *quadragesimale Joánn. Gritsch*, urbi Viennæ, ubi primum anno 1481. Typographiam cœpisse *Mich. Maittairius* (x) tradit, recte vindicet: item utrum *Joannes* Noster cum *Joanne de Vienna*, quem unico anno 1476. Vicentiæ excudisse idem *Maittairius* (y) docet, confundi debeat, nec ne? haud definio. Hoc quidquid est, omne est, quod de tribus memoratis Typographis dicere habeo.

§. XI.

Etiam hunc paragraphum biga Typographorum Augustanorum implet, quorum vix ulla monumenta vetustas reliquit. Prior est

(x) Annales typograph. Tom. I. Part. I. p. 209.
(y) ibidem pag. 208.

est *Hermannus Kestlin* vel *Kæstlin*, quem annis MCCCCLXXXI. & MCCCCLXXXIV. Libros typis exscripsisse commonstrant industriæ ejus reliquiæ in Bibliotheca Buxheimensi, sæpius jam laudata, asservatæ, quæ has subscriptiones præferunt: *Donatus minor octo partium orationis. per Hermannum Kästlin Augustensem incolam impressus. pro clericulorum necessaria instructione feliciter finit. anno dñi MCCCCLXXXI.* in folio minori. Manuale Parochialium Sacerdotum: *Impressum Auguste per Hermannum Kæstlin, Anno MCCCCLXXXIIII.* in quarto. Jacobi de Voragine Sermones de sanctis: *Collegit ingenio op9 sñoū de sanctis ex alto clarissim9 frater Jacobus de Voragine ordis. pdicatorum sacre theologie professor eximi9 multis ex sacre theosis florib9 uti apis sagacissima in alveolum succos cōgessit & quidem infinita dei clementia p. Hermannum Kæstlin Auguste in urbe rgia Arte impressoria effigiatum atque consumatum est feliciter Anno Salutis M.CCCC.LXXXIIII. x. die mensis Aprilis.*

Posterioris, scilicet *Annæ Rugeriæ* memoriam servavit nobis *Sebast. Jacob. Jungendres* (z) si tamen ejus auctoritati fidere tutum est. Sic autem scribit: „Speculum Saxonicum ab Ecke de Repkaw. in germanicam linguam translatum, & a Theodorico de „Bocksdorf Episcopo Neuburgensi correctum, & Augustæ Vindel. „1482. in fol. in *Annæ Rugeriæ* typographia excusum.

§. XII.

Egimus duobus præcedentibus paragraphis de aliquot typographis, qui levioris commatis esse videbantur. Hos modo excipit *Joannes Schœnspergerus* senior, vir de Typographia Augustana apprime commeritus, & qui inter Sodales suos prælum (quantum quidem mihi constat) omnium longissime, nimirum per annos plus 37, magna cum cura atque laude Augustæ exercuit. Cæpit is excude-

(z) Disquisitio in notas characteristicas Librorum, sect. 2. p. 42.

cudere anno MCCCCLXXXII. quem ſtatim quatuor artis ſuæ ſpeciminibus inſignem reddidit, uti ſequentes *Annales* docent. Primus *Herbarium* lingua vernacula *cum herbarum & aliis iconiſmis* coloribus diſtinctis anno 1488. publicavit. Anno 1490. *Biblia germanica* typis (a) exſcripſit, annoque 1497. *Vitas Patrum* in folio, vernacule, cum figuris ligno inciſis & hac ſubſcriptione: Hie endet ſich daz Buch der heyligen altväter mit ſeinen beyſpilen das zu latein genannt iſt *vitas patrum.* Gedruckt und volenndet in der keyſer'iche ſtatt Augſpurg von Hanſen Schönſperger am fritage vor ſant veitz tag des jars do man zalt nach Chriſti gepurt *MCCCC* und jm *LXXXXVII.* jar. Sed mittamus recenſionem librorum a Noſtro impreſſorum, ne nimis excurrat oratio. Unum artis Noſtri monumentum ſilentio ut prætercam, impetrare a me nulla ratione poſſum, fabulam ſcilicet *Theurdanckii*, quam anno MDXVII. excudit, & cujus editione nominis ſui memoriam plurimum commendavit. In fine hujus operis ſequentia leguntur: Gedruckt in der Kayſerlichen Stat Nürnberg durch den eltern Hannſen Schönſperger Burger zu Augſpurg. Repetiit Noſter hujus operis editionem *Auguſtæ* anno MDXIX. Miris illud encomiis celebravit *Catalogus Bibliothecæ Hulſianæ*, ſic dicens: „dieſes „Buch kann für ein Meiſterſtück der Buchdruckerey gehalten wer„den; in dem alle Schriften in Holz geſchnitten, und die Schön„heit des Drucks und Papiers faſt Menſchengedanken überſchrei„tet. Hinc merito a viris litteratis inter cimelia Bibliothecarum adnumeratur, quæ ipſa res *Jo. David Kœlerum* permoviſſe videtur, ut librum hunc peculiari diſſertatione, Altdorfii habita, illuſtraret; ad quam plura ſcire aventes remitto. De cetero Typographeum *Schœnſpergerianum* anno MDXXIII. adhucdum ſubſtitiſſe a Perilluſtri Viro *Paulo a Stetten ſeniore* diſcimus, qui in *hiſtoria urbis Auguſtanæ*, vernacule ſcripta, Tom. I. pag. 290. ad memoratum

(a) *Iac. Bruckerus* in Orig. Typogr. Auguſt. ut ſupra p. 385.

annum hæc refert: **In der Schönspergerischen Druckerey wurde damalen das neue Testament .... gedruckt.** (*)

Præter *Joannem Schœnspergerum seniorem* alius *Joannes Schœnspergerus*, qui se *juniorem* appellavit, typographiæ operam dedit, haud dubie filius antecedentis, de quo, licet extra debitum ordinem, tamen ob nominis-affinitatem hoc loco pauca afferam. Ab illo extat teste *Theophilo Sincero* (b) anno MDXI. cusum opusculum: **Wetter biechlin. von warer erkantnuss des Weters.** In cujus fine hæc leguntur: **Getruckt zu Augspurg durch den Jungen Hanns schensperger.** Insuper *Joannis Schœnspergeri junioris* sumptibus excusum extat in Bibliotheca *FF. Veith Stellarium Coronæ benedicte Mariæ virginis*, cum sequenti epigraphe: *Opus putile iu laudem gloriosissime virginis marie pro singulis eius pdicationibus elegantissime cooptatum stellariū corone ejusdem virginis intitulatum: Impensis sumptibusque providi viri Joannis Schœnsperger junioris: in imperiali civitate Augusta p. magistrū Johannē Otmar inibi incolā diligētissime impssum ac emendatū finit feliciter A .no Salutis nostre Millesimo quingentesimo secundo.*

Opere nunc isto pfecta gloria Christo
Laudibus hic insto: coronas matri dei sisto.
Honor francisco: laus Sctis cūctis hoc ipo
Ocdeno trino ciclo. c. qrd. tūc psule sixto.

Eodem anno suis expensis idem, cudente eodem *Joanne Otmar Pelbarti Pomerium de tempore*, itemque *Pomerium quadragesimale* publici juris fecit, ita ut potius in Bibliopolarum quam Typographorum numero ponendus esse videatur.

§. XIII.

(*) vid. sequent. Annales ad annum 1523.
(b) Neue Nachrichten von alten und raren Büchern. 4. Frkf. u. Leipz. p. 164.

ſ. XIII.

Hunc paragraphum ſibi vindicat ſingulare & (neſcio) utrum ulli ſuæ ætatis comparandum typographiæ Auguſtanæ lumen, *Erhardus Ratdolt*, qui & characterum nitore, & artis ipſius ſcientia, & omnifaria typi venuſtate omnes ſui ſæculi, ſi non & ſequioris ætatis, typographos multis paraſangis poſt ſe reliquit; qua de re mecum facile conſentient, quotquot oculis ſuis libros a Noſtro cuſos uſurpaverint. Equidem ſi omne tempus, quo libris imprimendis *Erhardus* vacavit, ſpectetur, eodem cum *Antonio Sorgio* loco, atque ante *Joannem Schœnſpergerum ſeniorem* ponendus mihi fuiſſet; namque jam anno MCCCCLXXV. Venetiis excudit. Verum cum ea tantum fuſiori ſtylo perſequi in animo habeam, quæ ille *Auguſtæ* in arte ſua præſtitit, idcirco narrationem geſtorum ejus in hunc maxime locum ſervavi. Fuit *Erhardus Ratdolt* patria Auguſtanus, uti plures ſubſcriptiones librorum eius teſtantur (c), primoque patriæ urbis gloriam peritia artis ſuæ *Venetiis* auxit, ubi ab anno MCCCCLXXV. (d) teſte *Maittairio*, una cum *Petro Loslein de Langencen, & Bernardo Pictore de Auguſta*, ad annum MCCCCLXXVII, excudit. Extat hujus anni opus, ſingulari arte & eximia venuſtate ab hac triade virorum perfectum, in Bibliotheca *FF. Veith*, cum ſequenti ſubſcriptione: *Impreſſum eſt hoc opus* (Appianus ſcilicet) *Venetiis per Bernardū pictorem & Erhardum ratdolt de Auguſta una cum Petro Loslein de Langencen correctore ac ſocio. Laus Deo. MCCCCLXXVII.* Anno MCCCCLXXVIII. modo ſolius *Erhardi*, modo etiam amborum eius Sociorum nomen in libris, *Venetiis* excuſis, comparent (e). Annis vero 1480. 1482. 1483. 1484. 1485. ſolus ibidem libros typis exſcripſit (f).

(c) vide *Maittaire* Annales Typograph. Tom. I. Part. I. pag. 353. in notis & 374. & paſſim.
(d) Loc. cit. p. 353. in notis.
(e) Loc. cit. pag. 219. & pag. 390. 391.
(f) Idem ibidem pag. 219.

Fertur præterea *Erhardus* noster florentes litteras, a florum figuris, quibus erant intermixtæ, sic dictas anno MCCCCLXXVII. Venetiis invenisse. (g)

Extat equidem *Francisci Mataratii Perusini de componendis versibus, Hexametro & Pentametro, opusculum*, ab *Erhardo* anno (ut in fine legitur) MCCCCLXVIII. *Venetiis* impressum; verum cum hoc anni indicium in manifesto mendo cubare *Maittairius* (h) deputet, legendum esse anno MCCCCLXXVIII. asserens, ego in tanti viri auctoritate conquiesco, ea potissimum ratione ductus, quod idem vir doctissimus in *Catologo librorum ab inventa arte typographica excusorum*, ne unicum quidem opus ante annum 1469. in urbe Venetiarum impressum memoret (i). Habuit hoc opusculum ad manus Mag. *Wellerus* Archidiaconus Zwiccaviensis (k), qui etiam affirmat: aliam ejus editionem anno 1478. ab *Erhardo Venetiis* accuratam fuisse. Verum (quod dolendum) quia ambas has editiones simul non possedit, perficere, quod optarat, scilicet eas inter se veritatis expiscandæ gratia accurate conferre nequivit, sicque rem in medio relinquere coactus est.

Sed jam longior, quam promiseram, in iis enarrandis, quæ *Erhardus* Venetiis fecit, fuisse videri queo. Ergo ad ea, quæ pro urbe patria atque in eadem præstitit, referenda convertar. Adhucdum Venetiis consistens jussu *Joannis de Werdenberg*, Episcopi Augustani (qui eundem, ut Venetiis Augustam rediret, sæpius hortatus fuerat) Breviaria ad usum diœcesis Augustanæ, quam venustissime excudit. Post obitum vero *Joannis de Werdenberg*, qui anno 1486. ineunte a *Khammio Hier. Aug. P. I. cath. p.* 293. Sten-

(g) Idem ibidem pag. 54.
(h) Ibidem pag. 391.
(i) Ibidem pag. 282.
(k) Das Neueste aus der anmuthigen Gelehrsamkeit. Augustmonat 1751. pag. 573.

Stengelioque Comment. Rer. August. Vind. p. 243. fatis concessisse fertur, a *Friderico de Hohenzollern* ejus successore denuo evocatus, Augustam anno MCCCCLXXXVI. venit, ibique anno insequenti Kalendis Februarii *Rituale*, seu mavis, *Obsequionale* pro Augustana dioecesi, rubro nigroque atramento nitidissime impressum, publicavit (l). Ad comprobanda ea, quæ hic attuli, magnopere facit *Epistola Adolphi Occonis*, Medicinæ Doctoris, & Archiatri præfati Friderici, ad *Erhardum*, ipsi Obsequionali præmissa:

„Adolphus Occo Frisius Revmi D. Friderici, Episcopi „Augustensis, Physicus Erhardo Ratdolt impressori Au-„gustano Salutem.“

„Quantum imprimendi arti, quæ nostris temporibus omnipo-„tentis Dei benignitate effulsit, ab omni mortalium genere debea-„tur, quis est tam mentis inops, ut non facile diiudicet? Cui „etsi merito debere se fateantur omnes, inprimis tamen Christi „sponsa, catholica ecclesia, divina hac arte illustrata, sponso or-„natior occurrit, ubi libros divinarum rerum, quibus oculorum „vice utitur, abunde suppetere conspectat ..... Hoc animad-„vertit fel. mem. *Joannes de Werdenberg* Episcopus Augustæ Vin-„delicæ, cui, etsi mortalibus exuto, pro singulari sua erga me, „dum viveret, benevolentia debeo non minus, quam possum.... „Ille, ubi ex officina tua ecclesiasticos orationum libros, quos „*Breviarios* vocant, *pro dioecesi sua* vidit quam commodissime im-„pressos, non modo *ut te ex Italia Augustam reciperes* hortatus est; „sed ut libros ecclesiasticos alios, & inprimis quos obsequionales

 sive

(l) In fine hujus *Obsequionalis* leguntur sequentia: „Obsequialis secundum dioecesis „Augustensis morem apprime laudabilem, opusculum pro Sacramentorum & Sa-„cramentalium administratione necessarium & ad veterum exemplarium instar fi-„deli studio vigilantique cura emendatum atque revisum explicit feliciter Erhardi „Ratdolt Augustensis viri Solertis eximia industria & mira imprimendi arte, qua „nuper Venetiis, nunc Augustæ excellet nominatissimus Cal. Febr. anno Salutis „MCCCCLXXXVII.“

„ſive Benedictionales vocant, omnibus Eccleſiis neceſſarios quam „accuratiſſime imprimeres. Sed inter conandum vir optimus ille „ac præſul digniſſimus fatis prævenitur, virtutis & meritorum no„bis non mediocria monumenta, veluti luctus ſolatia relinquens. „Succeſſit *Fridericus de Hohenzollern* comes, prædeceſſoris ſui in „omni virtutum genere proſequens veſtigia, *qui*, *quod ille hortatus* „*eſt*, *juſſit*, *voluitque*, *ut omni cura perficeres.* Perpendit namque „vir divinæ Religionis cultui deditiſſimus, horum librorum varie„tatem in Chriſti eccleſia non leves perſæpe parere errores; dum „quisque benedictionibus ceremoniisque, ut paſſim in libris inve„nit, uti non reformidat. Cupiens igitur .... RRmus Pontifex „diœceſi ſuæ proſpicere, qui non modo tibi, ut imprimeres, ſol„licitus fuit, ſed ſacerdotibus animarum curæ præfectis publica „ſynodo, non ſine interminatione negligentium hoc ſuum manda„tum, ut ab ipſius vigilantia, tanquam a ſummo diœceſis ſuæ ſa„cerdote ſuſcipiant hosce tam neceſſarios libros emendatos ad ve„terum librorum, imo etiam eccleſiæ metropolitanæ Moguntinen„ſis exemplaria," &c. &c. &c.

Subduntur hi verſus:

„Aſpicis hos libros Chriſti quicunque Sacerdos!
„Erhardus Ratdolt quos tulit arte ſua.
„Grato animo accipias uſum ritumque ſacrorum,
„Si vera Chriſti Religione petis.
„Præſul Joannes pridem hoc monuit memorandus,
„Cujus in æthereis ſedibus umbra manet.
„Hoc quoque Succeſſor Fridericus Epiſcopus illi
„Juſſit conſimilis moribus, ore, fide.
„Sume igitur librum hunc, ſacris depromere chartis
„quo Populo & ſuperis officium valeas."

Mire allata *Occonis* Epiſtola cum iis concordat, quæ de *Erhar-*

Erhardo in subscriptione *Obsequionalis* ipsius inferius in Notis adposita, habentur: *Mira imprimendi arte, qua nuper Venetiis, nunc Augustæ excellet.* Hinc adducor, ut omnibus fidem denegem, qui ante annum MCCCCLXXXVII, Augustæ libros a nostro cusos esse contendunt. Hos inter numeratur *Jo. Ge. Schelbornius* (m), qui sequens Nostri opusculum memorat: *Kalendarium Joannis de Monte regio. Augustæ per Erbardum Ratdolt* 1483. Verum hæc Editio mihi admodum suspecta esse videtur; nam idem opusculum eodemque anno a Nostro impressum, sed absque loci indicio, recenset *Mich. Maittairius* (n), ita tamen ut in notis recitet *Joan. Lucilii Santriter Helbronensis Epigramma ad Lectorem* 1483. Idib. Sept. Venetiis datum; ex quo ipso merito inferri posse existimo, opusculum non Augustæ, sed Venetiis lucem aspexisse. Sunt alii quoque, & hos inter nominatim *Hæberlinus* quidam, qui contendunt non solum anno 1483, sed etiam jam anno 1482. Erhardum Augustæ libros vulgasse, & ad asserti sui confirmationem non tantum supra memoratum Kalendarium *Jo. de Monte regio*, sed insuper *Joann. de Sacrobusto sphæricum opusculum* allegant, quod posterius Augustæ in 4to anno 1482. excusum ferunt. Verum quod ad *Kalendarium Jo. de Monte regio* attinet, superius jam a me responsum datum est: ex quo, quid de *sphærico opusculo Joann. de Sacrobusto* Sententiam eruere haud difficile erit. Profecto nisi opusculum illud *sphæricum* aut ipse inspexero, aut illud a viro diligenti & accurato inspectum fuerit, adduci haud possum, ut credam, ex illius subscriptione erui posse, quod illud Augustæ a Nostro typis exscriptum fuerit. Ad id tria me movent: 1mo *Mich. Maittairius Annal. Typogr. Tom. I. Part. II. pag.* 437. ad annum 1482. asserit: *Joann. de Sacrobusto Sphæram* Venetiis in 4to, non addito Typographi nomine, excusam esse; & in *Notis* ad calcem citatæ paginæ, hoc opus *Spheræ* cum *Georg. de Purbach Theorica Planetarum*, quam Noster Venetiis hoc

(m) Amœnit. litter. Part. III. pag. 136.
(n) Annales typograph. Tom. I. Part. II. pag. 442.

hoc eodem anno, ſcilicet 1482. impreſſit, confundere videtur. 2do: Plures libros a Noſtro hoc anno (1482) Venetiis impreſſos, recenſet *Maittairius loc. cit.* 3tio: anno 1483. impreſſit Noſter teſte *Theophilo Sincero* (o) Venetiis ſequentem librum: **Auslegung der X Gebott** in folio. In fine leguntur: **Hie endet sich das gar nuzlich buch von den X Gepoten .... und das gedruckt Meister Erhard von Augspurg zu Venedig.** 1483. *Deo gratias.* Quis, obſecro! jam credat, Noſtrum Venetiis librum, germanice ſcriptum, imprimere voluiſſe, ſi uno anno prius (1482) in Germania Auguſtæ prælum exercuiſſet? Æque labili fundamento nituntur, quæ *Jac. Bruckerus* (p) de duplici prælo, uno Auguſtæ, altero Venetiis, per Noſtrum exercito habet: & quæ de *Euclide*, germanice anno 1480. a Noſtro Auguſtæ excuſo, ex *Bünemanno*, hic vero ex quodam Catalogo, ſat alioquin obſcure loquente, retulit. Et quanquam *Jac. Bruckerus* addat, hoc idem de *Euclide*, jam diu ante ſe, etiam a *Dav. Hœſchelio* in *Dedicat. ad Horapollinis Hieroglyphica* obſervatum fuiſſe; tamen ejusdem *Hœſchelii* in hac controverſia auctoritas haud tanta nobis eſſe debere videtur, ut eidem ſtatim victas manus demus. Etenim vir iſte, ad alia majora animo intentus, hæc minora non ſatis ſtudioſe ſevereque excuſſit; cujus rei argumento eſt palpabilis & apertiſſimus error, quem mox ſubjecit: ſcilicet *Erhardum* Venetias poſtea conceſſiſſe; quod *Hœſchelii* effatum puræ putæque falſitatis per ea convincitur, quæ paulo ante a me dicta ſunt. Unde hæc omnia miſſa facientes (quod nullus liber a Noſtro Auguſtæ cuſus, qui quidem clara, liquida & omnis ſuſpicionis immuni inſcriptione inſignitus eſſet, anno MCCCCLXXXVII. anterior, vel a me, vel ab alio detectus ſit) ad reliquas Noſtri laudes enarrandas progrediamur.

Reli-

(o) Nachrichten von alten und raren Büchern pag. 393.
(p) In Orig. Typogr. Auguſt. ut ſupra pag. 382. 383.

Relicta Venetiarum urbe in patriam suam anno MCCCCLXXXVI. reversus Noster, sedem ibi stabilem fixit, ut ipse in subscriptionibus librorum suorum satis clare ostendit, quas ut plurimum recitatis supra verbis finiit: *Mira imprimendi arte, qua nuper Venetiis, nunc Augustæ excellet nominatissimus.* Cum autem in Typographum episcopalem quasi assumptus esset, non solum paulo ante memoratum *Obsequionale* anno MCCCCLXXXVII. sed multos alios ecclesiasticos libros majoris molis atque impensæ in usum diœcesis, tum *Friderici*, tum *Henrici* Episcoporum Augustanorum jussu impressit.

Testis *Breviarium Augustense*, anno MCCCCXCIII. a Nostro typis exscriptum, in cujus initio hæc leguntur:

„RRmus itaque in Christo pater & dominus D. Fridericus de „Hoenczoler Augustens. Eccles. episcopus cum ven. & egregiis viris & D. D. domino Udalrico de Rechberg SS. Canonum doctore, chorique Augustens. Decano & Henrico de „Liechtenau J. V. D. atque ejusdem episcopi vicario, & „Conrado Frelich V. J. L. præfatæque Ecclesiæ officiali, toto que ejusdem Ecclesiæ Capitulo animadvertens in sua diœcesi ejuscemodi libros deficere & nuper impressos negligenter emendatos fuisse, voluit simul, ut majori diligentia „emendarentur, & emendati denuo imprimerentur, & quidem in forma majori, ut & distinctior, & accuratior, & littera venustiore impressio fieri posset.... Hosce igitur viri „rerum divinarum periti summo studio castigarunt ac emendarunt: Erhardus vero Ratdolt Augustensis solerti exactissimaque cura, perpolito ac optimo charactere impressit...."

Testis *Obsequionale Augustense* anno MCCCCXCIX. iteratis typis vulgatum, in cujus fronte hæc occurrunt:

„Cum iamdudum ex mandato Rmi in Christo Patris & D. Fri-
„derici Episcopi Augustens. circumspectus vir Erhardus Rat-
„dolt Obsequialia ejusdem diœcesis summa cura & vigilantia
„imprimi fecisset; videns vero prædictus Erhardus Ratdolt
„ea, quæ dudum impresserat, clero non sufficere.... Quare
„majori cura & exactissima diligentia hæc, quæ cernis, de
„novo, & perpolito charactere imprimi curavit."

Testis rursus *Breviarium Augustense*, cujus editionem Noster anno MDIV. repetiit. Initio hæc habentur:

„Etsi prius hæc Breviaria emendate impressa fuerint, Erhar-
„dus tamen Ratdolt Augustensis Rdi. in Christo Patris & D.
„Friderici Episc. August. ac Comitis splendididissimi observan-
„tissimus, maximo in eum amore & Canonicos ejus veneran-
„dos ductus nec non & patriæ, minio rubricis, & commodio-
„ri magisque approbato ordine, nullis relictis mendis, pro-
„priis impensis impressit Augustæ."

Testis denique *Missale Augustense*, quod anno MDX. Noster sua ex officina emisit, & cui hæc præmittuntur:

„Henricus Dei & Apostolicæ sedis gratia episcopus Augu-
„stensis universis & singulis Ecclesiarum Prælatis, Capitulis
„&c. salutem in Domino sempiternam & notitiam subscri-
„ptorum."

„Etsi pastoralis officii regimini præsidentes curis excitemur in-
„numeris, circa ea tamen ferventibus votis intendimus, & ope-
„rosæ sollicitudinis studium impertimur, per quæ divini cultus
„observantia non minus augeatur, quam conservetur. Cum
„itaque fel. recordat. quondam D. Fridericus episc. August. præ-
„decessor noster, sollicita mente revolvens, presbyteros, haud

„etiam parum doctos, in sacrificio Altaris librorum vitio crebris „prolapsos erroribus, censuit eisdem libris pluries editis & „impressis, quos Missales vocant, consulendum. Nos quoque „ejusdem quondam D. Friderici prædecessoris nostri vestigiis in„hærere cupientes .... ne temporum cursu prædictorum copia „librorum minuatur, æque castigatos, prioribus consonos, & „non minus elegantes per providum, nobis in Christo dilectum, „Erhardum Ratdolt civem Augustensem imprimi mandamus.... „Sub dat. in castro nostro Dillingano, anno Domini millesimo, „quingentesimo, decimo. Kalendis Februarii."

Sileo hoc loco brevitatis causa alios libros ecclesiasticos a Nostro, rubro nigroque atramento effictos, seu (ut uno verbo dicam) rubricatos ita nitide quidem, venuste atque artificiose, ut nihil supra esse possit, mihi visos, & in sequentibus *Annalibus* referendos, quos consulere tibi, Lector! placeat, rogo.

Tanta autem Nostri in difficillimo hoc laboris genere, arte nimirum rubricandi, peritia fuit, ut eius fama diœcesis Augustanæ limitibus se concludi haud passa sit, sed longius propagata in vicinas diœceses permanarit. Sic jam anno MCCCCXC. Libros ad chori usum destinatos, annoque MCCCCXCIV. Missale pro Diœcesi Pataviensi excudit; & sæculi sequentis anno quinto a *Wigelino* itidem Episcopo Pataviensi (verius Passaviensi) Missalis pro illa diœcesi recudendi negotium Noster accepit, uti ex Decreto ejusdem Episcopi anno 1505. 5. Januarii in civitate Pataviensi dato, & Missali præfixo constat: *Hac inducti consideratione* (verba sunt laudati Antistitis) *ut commoditati isti salubriter consulatur, & deformi confusioni discrepanti obvietur, nostra hactenus invigilavit cura, effecitque per hujus artis impressoriæ fidum atque solertem opificem Erhardum Ratdolt Augustensem hos codices Missales in dilucida & perfecta lit-*

tera . . . . impressari. Sic anno 1504. jussu *Hugonis de Landenberg* Episcopi Constantiensis Missale in usum illius diœcesis publicavit, cujus editionem anno 1505. (vide *Annales* sequentes) repetivit. Annis autem MDIX. & MDXVI. Breviarium pro eadem Diœcesi typis exscripsit. Præterea suam operam *Erhardus* noster Episcopo Frisingensi commodavit, *statuta Synodi*, in ea diœcesi habitæ, anno 1509. imprimendo.

Singularem præterea laudem sibi ea re commeruit Noster, quod plurimis libris mathematicis, tum Venetiis tum Augustæ excusis rempublicam litterariam dotarit, ipse virorum litteratorum & præcipue Mathematicorum *tutor, & parens, & adjutor.* Juvat in hanc rem audire *Jacob. Canterum* (q) sic scribentem: „Quotiens „& quam multis in rebus litteratorum hominum studia adjuverit... „Erhardus Ratdolt, nemo fere usquam doctus ignorat; adeo lon„ge lateque per universum pene orbem ab illo impressa volumina „cernuntur, maxime vero ea, quæ nemo fere alius ejusdem arti„ficii attingere ausus est, quæ abditissimam Mathematicorum di„sciplinam ostendunt. Hujus enim rationis librorum imprimen„dorum hic homo semper studiosissimus extitit, tanquam Mathe„maticorum, quos dixi, tutor & parens. Ergo ejus opera & im„pendio multa olim in Arithmetica, nonnulla in Musica, nec pau„ca in Geometria, plurima vero in Astronomia volumina impres„sa sunt &c. &c" Neque injucundum erit, ipsum *Erhardum* de se loquentem hoc loco inducere. Habet autem in sua Dedicatione *Compilationis Leupoldi* ad *Udalricum de Fronsperg* Episcopum Tridentinum, quæ sequuntur: *Quum autem jam aliquamdiu geometricas disciplinas (nescio) qua mortalium incuria fere abolitas de cæca oblivionis caligine partim in luminis claritatem contulerim, & in sideralis scientiæ recuperationem animi institutum deflexerim,* &c. &c. Primus insuper libros

(q) *Maittaire* Annales typograph. Tom. I. Part. I. p. 353. in notis.

libros mathematicos figuris necessariis ornavit, id quod ipse de se in *dedicatione ad Mocenicum* Ducem Venetæ urbis, præfixa *Euclidis Elementis* anni 1482. & apud *Mich. Maittairium* (r) extante fatetur, de hoc suo invento magnifice gloriatus. Huc etiam facit *Joannis Lucilii Santriteri Helbronensis Epigramma* in *Calendarium Joannis de Monte regio*, a Nostro anno 1483. cusum:

Cui dedit ingenium divina potentia, & artes
Qui bene dædaleas solus in orbe tenet.
Hoc Augustensis Ratdolt Germanus Erhardus
Dispositis signis *undique pressit opus.*
Vivat ut hic semper, volventes fata sorores,
Nam prodest multis, Lector amice! roga. (s)

Non solum vero litteratorum labores adjuvit Noster, sed etiam ipse non illiteratus fuisse mihi videtur. Favent huic opinioni meæ & *Adolphi Occonis Frisii* superius recitata *Epistola* ad Nostrum, & ipsæ Nostri *Epistolæ nuncupatoriæ.* Ita *Fasciculo temporum* Venetiis per Bernardum Rizum de Novaria 1490. vulgato, Nostri dedicatio ad Nicolaum Mocenicum Patricium Venetum (t) præmittitur, in qua inter alia hæc ait: *statui in præsentia, cum temporum fasciculum, quem quater solus ego his in partibus Italiæ, impositis ordine suo figuris & signis, antehac impressi, cura & opera diligentiori imprimendum sumpserim, opus ipsum laboresque meos tibi dicare* (Epocha anni 1490. nullum tibi scrupulum moveat velim, Lector! Namque haud temere conjicio, hanc Dedicationem antiquiori Editioni fuisse præfixam, annoque demum 1490. iterum una cum libro reimpressam.) Similiter *Erhardum* nostrum suam *Compilationis Leupoldi* editionem, anno 1489. factam, RRmo *Udalrico de Frensperg* Pontifici

(r) Loc. cit. Tom. I. Part. II. p. 434. in notis.
(s) apud Maittairium l. c pag. 442. in notis.
(t) Theoph. Sinceri Nachrichten von alten und raren Büchern p. 85.

tifici Tridentino consecrasse *Maittairius annal. Typograph. Tom. I. Part. II. pag.* 506. *in notis* affirmat. Initium hujus dedicationis, quam vidi in Monasterio SS. Udalrici & Afræ Augustæ, tersissimo stylo scriptæ hoc est: *Hortatur me, observandissime præsul! singularis tua inæstimabilisque in me collata beneficicentia, ut de impressoriæ artis exquisita industria .... quidpiam ad te dare non verear.*

Restat, ut de Correctore, cujus opera in cudendis libris mathematicis aut (si mavis) astronomicis usus est Augustæ *Erhardus Ratdolt*, pauca dicam. Fuit is, *Joannes Angelus*, quem annis solum 1489. & 1490. operam suam commodasse Nostro, *Mich. Maittairius Annal. Typograph. Tom. I. Part. I. pag.* 159. *& seqq.* tradidit; verum id anno quoque 1491. factum esse, subscriptio *libri Astronomici Guidonis Bonati* apud eundem *Maittairium libr. cit. Tom. I. Part. II. p.* 536. testatur. Quid quod Ratdoltum in edendis libris hujus generis jam anno 1488. usum *Angeli* laboribus esse, conjectura sit; quod eo anno tum *Albumasaris Flores Astrologiæ*, tum ipsius *Angeli Astrolabium planum* e prelo emiserit. Liceat mihi hoc loco paululum digredi, & quæ de memorato *Joanne Angelo* repperi enarrare. Itaque in *Catalogo virorum mathematicorum, quos Viennense Gymnasium celebres habuit* (Præfigitur hic *M. Georgii Peurbachii Tabulis Eclypsium,* anno 1514. Viennæ, in *folio* publicatis) hæc de *Joanne* legere est:

„Joannes Angelus Bavarus ex Aichen, Artium & Medici„næ Doctor, Astronomus excellens, qui specialiter plu„rimum in emendatione librorum & Tabularum valuit, scri„psit libellum de Correctione Kalendarii, supputavit Ephe„merides plures, & varia prognostica: Tabulas æquatio„num motuum Planetarum M. Georgii Peurbachii dum ab„solvere, & ad ultimum complere conabatur, diem clau„sit extremum Viennæ Anno Christi 1512. 3. Kalend. Octobr.“

Geor-

Georgius Eder vero in *Catalogo Rectorum & illustrium virorum Archigymnasii Viennensis*. Viennæ in 4to anno 1559. excuso ad annum 1512. sequentibus verbis *Angeli* laudes celebrat:

„Obiit hoc anno Joannes Angelus Bavarus, excellentissi-
„mus Mathematicus & Orator, qui vertit Theodorum sicu-
„lum de vita Alexandri M. relictis post se multis & præcla-
„rissimis scriptis, sepultus hic Viennæ apud D. Lauren-
„tium.

Denique *Christian. Gottlieb. Jæcher* in libro: Allgemeines Gelehrten Lexicon Tom. I. p. 415. hæc de Angelo proponit: „Joh.
„Angelus ein Redner und Mathematicus von Aichen in Bayern,
„war Professor Astronomiä zu Wien, schrieb Astrolabium planum
„cum æquationibus domorum cœli; einen Traktat de Nativitati-
„bus; welches beydes zu Venedig anno 1494. in fol. zusammen
„gedruckt worden; ferner Ephemerides, Prognostica &c. Revi-
„dirte auch des Abumasaris 8 Bücher de magnis Conjunctionibus,
„die zu Augspurg 1489. in fol. herausgekommen, und starb 1512.
„29. Sept."

Da veniam, Lector! precor huic meæ digressioni non omnino, ut spero inutili. Jam rursus ad *Erhardum Ratdoltum* nostrum revertor.

Quamdiu artem typographicam exercuerit, definire haud queo: Ad annum usque MDXII. eam Nostrum factitasse docet contra sæpius laudatum *Jac. Bruckerum* subscriptio *Officii S. Hieronymi & S. Annæ* sic sonans: *Augustæ Vindelicorum in ædibus Erhardi Ratdolt, cujus studio & impensa arte politiori, suis æreis & notaminibus musicis, & XIII. formis characterum diversis, opus hoc ab archetypo excusum est, anno salutis MDXII. XV. Cal. Octobr.* Immo eundem

ad

ad annum MDXVI. usque vixisse ac impressisse, ex eo patet, quod de Breviario Constantiensi hoc anno a Nostro typis exscripto, superius monui. Hujus operis subscriptio sequens est: *Kalendarium: Psalterium: Hymni: Breviarium: Commune sanctorum juxta chorum Ecclesiæ Constantiensis: diligentissime emendatum. Erhardi Ratdolt viri solertis mira imprimendi arte, qua nuper Venetiis nunc Auguste Vindelicorum excellit nominatissimus Explicit feliciter. Anno dñi MDXVI.* Post hunc autem annum haud diu amplius inter vivos Nostrum egisse, id mihi credibile facit, quod, cum Breviaria pro Diœcesi Augustensi deficerent, illa impensis *Joannis Oswalt* civis Augustensis, Venetiis, in ædibus Petri Liechtenstein anno MDXVIII. 16. Februarii foras emissa fuerint. (vide *Annales* sequentes, ad hunc annum) Neque enim animo meo persuadere queo, *Erhardo Ratdolto*, si quidem tum temporis vitæ superstes fuisset, subductum fuisse hoc negotii genus, quod prius per tot annos egregie, summaque cum laudc impleverat: Nisi forte dicere malis, Nostrum forsitan arti typographicæ repudii libellum misisse, priusquam hæc gesta sint. Insignia Nostri descripta invenies in subsequentibus *Annalibus* ad annum 1504. quamobrem de illis hoc loco morari te, Lector! nolo.

Unum adhuc superest, quod ex *Thesauro Bibliothecali Tom. II. pag.* 52. de Nostro afferre debeo. Dum ille etiamnum Venetiis consisteret, prodiit Paduæ ejus instrumentis typographicis *liber chiromanticus* cum hac epigraphe: *Ex divina Philosophorum Academia collecta chiromantica scientia naturalis ad Dei laudem finit, quæ impressa fuit Paduæ per magistrum Matthæum Cerdonis de Windischgrecz magistri Erhardi Ratdolt Instrumentis.* 1484. Qua de causa hoc acciderit, tuum judicium esto, Lector!

Hæc sunt, quæ de *Erhardo Rataolto* dicere habui, viro peritissimo, artis impressoriæ, ut ipse de se testimonium recte perhibet

bet Magiſtro *excellenti*, *nominatiſſimo*, ita ut noſtrorum temporum invidiam merito in ſe convertere poſſit.

Antequam ad enumerandos reliquos Typographos Auguſtanos progrediar, monere te paucula, Lector! de quodam *Georgio Ratdolto*, nominis affinitas poſcit. Occurrit iſte *Georgius Ratdolt* (Nomen nullibi alibi vel auditum, vel lectum mihi, fors etiam aliis poſt me nec audiendum nec legendum unquam) ad annum 1515. & quidem ad hunc ſolum annum, in ſequentibus *Annalibus*. Quid de *Georgio* iſto ſentiam, plane ignoro. Erroremne typi eſſe ſuſpicer, & pro *Georgio*, *Erhardum* ponendum eſſe? at, hoc ut minus velim, nitida & diſtincta impreſſio facit; Interim, cum *Georgium* hunc (Quisquis demum ille fuerit) ipſa operis ſubſcriptio Bibliopolam potius, quam Typographum prodat, facile mihi eſt, omni controverſiæ me ſubducere.

§. XIV.

Hunc paragraphum occupabunt plures Typographi Auguſtani, qui ſub finem ſæculi XV. initiaque ſæculi ſequentis arti impreſſoriæ in urbe Auguſta operam navaverunt, quos, tum quia brevitati ſtudeo, tum quia ipſimet nulla, peculiari laude digna, monimenta poſt ſe reliquerunt, nominaſſe ſatis habeo. Sunt autem ſequentes: *Petrus Bergerus*. *Joannes Schobſer*. *Joannes Schauren*. *Joannes Froſchoverus* aut *Froſchauerus* de quo inferius paragrapho XVI. rurſus mentionem faciam. *Lucas Zeiſenmayr*, cujus opera etiam *Weſſofonte* (Bavariæ ſuperioris pago, qui Monaſterium Ord. S. Benedicti adjacens habet) ſine anni indicio impreſſum lingua vernacula parvulum *Chronicon Montis Andechs* in Bibliotheca p. m. D. *Joannis Baptiſtæ de Baſſi*, Decani ad S. Mauritium Auguſtæ, anno 1776. 16. Octobr. vidi. *Jacobus Wacker*, de quo vide ſequentes *Annales* ad annum 1503. ſi tamen inter Typographos Auguſtanos computandus eſt. *Joannes Syttich*.

g Super-

Supervacaneum quoque judico, fusius agere de *Joanne Rynmanno*, Venetorum characterum artificiosa confectione celebrem (u), eumque Bibliopolis potius quam Typographis annumerandum (x), ad quem extat *Conradi Celtis* Epigramma (y) sequentis tenoris, anno 1507. datum.

„Ad Johannem Rymannum per universam
„Germaniam Librarium & Bibliopolam.
„In nostras terras lacius græcusque character
„Jam venit studio, culte Rymanne, tuo.
„Pro quo condignas tibi dat Germania grates,
„Et referet laudes hic & ubique tuas."

Confer etiam (si lubet) ea, quæ Auctor Thesauri Bibliothecalis vol. I. Part. I. pag. 153. & Vol. IV. P. I. p. 29. de *Joanne Rynmanno* habet. (*)

Præterea *Joannem Otmarum* sileo, patria Reutlinganum (hoc ex iis constat, quæ ad finem *Proverbiorum Joannis de Werdea* leguntur: *M. Johannes Otmar* & *Erhardus Ocellus Reutlingi, expensis Jodoci Birlin, Vindelicorum impresserunt Augustæ, anno* 1505.) eumque sæculo XV. exeunte in patrio primum solo, mox etiam Tubingæ, ineunte vero sæculo XVI. ad annum 1514. usque, quantum quidem ego comperire potui, Augustæ artem typographicam profitentem. De illius autem socio, *Erhardo Ocello*, inferius mentio a me fiet.

Alium

(u) Docet hoc subscriptio Libri: *Theodori Ryssichei Germani in laudem S. Yvonis Oratio*, sic sonans: „Impressit ex archetypo Joannes Rynmannus Augustensis, characterum „Venetorum opifex & ingeniosus & exercitatus in August. Vindel. anno Christianæ Salutis MCCCCCII. die vero Conceptionis gloriosæ virginis Mariæ."
(x) vide sequentes Annales ad annum 1503 & seqq.
(y) vide Ligurini opus carminicum *de gestis Frideri I. Augustæ* 1507. excusum in *folio*, post argumenta librorum, ante Librum I.
(*) vid. Joh. Christian Wibels, Hohenlohische Kirchen- und Reformations-Historie, Tom. I. p. 300. & Tom. III. p. 215. & 218.

Alium denique *Otmarum*, Sylvanum agnomine, longiori temporis ſpatio Auguſtæ prope Monaſterium S. Urſulæ ad Lycum amnem typographeum exercentem, ad quem mox recitanda *Joann. Piniciani* Pædagogi Auguſtæ *Epiſtola* extat, ſilentio involvo.

„Sylvano Otmar calchographo S. P.“

„Petis ut quas olim ex Oeniponte grammaticas inſtitutiones „imprimendas dederam, nunc iterum tibi impertiam; ut illis, qui „hujusmodi a te quotidie expetant, ſatisfacere poſſis. Ego igi„tur, qui ſcholaſticæ juventuti annis multis & docendo & ſcriben„do nunquam defui, libenter .... id laboris ſuſcipio, emenda„tumque & pæne ex integro confectum prælo tuo litterario com„mitto. Vale Auguſtæ VIII. Idus Junii, 1518.“ (z).

Satis, puto, de iſta virorum enneade dictum eſt. Plura ſequentes *Annales*, plura ſcire cupienti, Lectori dabunt.

§. XV.

Fuſiori encomio dignum arbitror *Joannem Millerum* typographum plane non incelebrem, & viro de republica tum auguſtana, tum litterara quam plurimum promerito, ac toti Eruditorum multitudini apprime noto, *Chuonrado Peutingero*, itemque *Joanni Fœniſecæ* ſeu *Madero*, peritiſſimo Philoſopho, admodum charum. Ejus typographeo debemus primam ac genuinam editionem *Chronici Urſpergenſis*, quam hortante *Chuonrado Peutingero*, caſtigante vero ac ſupplente *Joanne Fœniſeca* anno MDXV. decimo Kal. Novembr. Auguſtæ in folio vulgavit. Præmittitur huic operi admonitio *Jo. Fœniſecæ*, in qua is profitetur, de hac editione uni *Joanni Miller* .... ſibique gratias haberi debere. Eodem anno *Paulum* quoque *Warnefridum de geſtis Longobardorum* una cum *Jornande*

(z) Præfigitur hæc Epiſtola ipſi *Io. Piniciani Brevi inſtitutioni* de 8. Partibus Orationis 4to Auguſtæ 1518. excuſæ.

de rebus Gothicis, curante ſupra laudato, nec ſatis unquam laudando *Chuonrado Peutingero*, prima vice e typographeo ſuo in lucem publicam emiſit.

Primus præterea, quod ſcio, integrum librum græce excudit. Fuit is teſte *Maittairio* (a)

„*Dionyſius Areopagita* de Myſtica Theologia. *græce & latine.* „*Joanne Saraceno*, *Ambroſio Camaldul.* *Marſilio Ficino* interpretibus, cum commentariis *Joann. Eckii:* in officina Joannis Miller. 4to Aug. Vindel. 1519. 25. Maii."

Hæc de *Joanne* noſtro ſufficiant. Inſignia ejus quod attinet, illa (nam duplici Inſigni uſum eſſe repperi) in ſequentibus *Annalibus* ad annum 1515. partim verbis deſcripta, partim ligno inciſa repperies, qua de re hoc loco de illis dicere ſuperſedeo.

§. XVI.

Jam, ut promiſſis paragrapho XIV. datis ſtem, de ſocio *Joannis Otmari*, *Erhardo* nimirum *Oeglin* agendum eſt. Hunc anno MDV. primum (quantum quidem mihi liquet) artis ſuæ experimentum in *Joann. de Werdea* Proverbiis cudendis feciſſe comperi. Hujus laboris ſocium ac commilitonem habuit, dicto paragrapho nominatum *Joannem Otmarum*, ut allata ibidem libri ipſius ſubſcriptio teſtatur, quæ etiam de patria *Erhardi* noſtri nos certos reddit, ſcilicet eum Reutlinga urbe progenitum fuiſſe. In eadem ſubſcriptione *Ocellum* ſe vocitat, nomine ſuo ex vernacula lingua latino reddito (ut illis temporibus in more ferebatur), nam germanico vocabulo: *Oeglin*, ferme vox latina: *Ocellus*, reſpondet. Impreſſit autem modo ſolus, modo adhibitis in ſocietatem aliis: Ita anno 1505. eum cum *Joanne Otmaro;* anno 1506. & 1507. ſolum;

(a) Annal. Typogr. Tom. II. P. I. pag. 328.

lum; anno 1508. tum ſolum, tum cum *Georgio Nadler*, itidem inter Typographos Auguſtanos nominando; annis 1510. 1512. 1513. 1514. & 1516. iterum ſolum excudiſſe repperio. Nullum de cetero opus, anno 1516. recentius, *Erhardi* noſtri opera impreſſum videre mihi hactenus licuit. Id præterea notandum, Noſtrum in libro *de comitiis Imperii anno* 1510. *Auguſtæ habitis*, vernaculo idiomate typis exſcripto, ſeſe ad calcem appellaſſe *Typographum S. C. Majeſtatis*.

Superioris vero ætatis Typographos ea potiſſimum re ſuperaſſe videtur, quod primus libros muſicos, ſeu *Muſicalia*, ut aiunt, in ſua officina notis æreis exſcripſerit. Equidem paragrapho XIII. in quo de *Erhardo Ratdolto* egimus, ex *Jacob. Canteri* Epiſtola retulimus, eum nonnihil in Muſica præſtitiſſe; verum cum hoc ab illo, adhucdum Venetiis commorante, factum ſit, id haud moror; præſertim cum ab illo, dum Auguſtæ typographicen facit, nullum opus muſicum impreſſum fuerit, niſi forte memoratum, eodem paragrapho XIII. ſub finem, officium *S. Hieronymi* &c. inter talia computare velis. Utcunque de hoc ſentias, ſemper ea *Erhardo Oeglin* manet gloria, quod, in hoc genere librorum cudendo, toto quinquennio *Erhardum Ratdoltum* anteverterit; prout ex mox dicendis clarum fiet. Itaque *Erhardus Oeglin* anno MCCCCCVII. ſequens opus publicavit, quod, a me in *Bibliotheca conventus Auguſtani ord. FF. Prædicatorum* repertum, quia illud pauciſſimis notum puto, hic paulo accuratius ad gloriam Noſtri deſcribere conſtitui. Conſtat illud ex pagellis decem *in folio*, inſertis duabus imaginibus ligno inſculptis: Titulus eſt ſequens:

 Melo-

„Melopoiæ ſive Harmoniæ Tetracenticæ
„ſuper XXII. genera Carminum Heroicorum, Elegiacorũ Lyri
„corum & eccleſiaſticorum hymnorũ per Petrum
„Tritonium & alios doctos Sodalitatis Lit
„terariæ noſtræ muſicos ſecundum natu
„ras & tempora Syllabarum & pe
„dum compoſitæ & regu
„late ducto Chunradi
„Celtis feliciter
„impreſſe
„Carminum dulces reſonemus odas
„Crater „Concinant læti pueri tenores „Bacchi
„Et graves fauces cythara ſonante
„Temperet alter
„Optime
„muſiphile ſtro
„phos id eſt Repeticio
„nes carminum colliſiones Syl
„labarum conjugationes & connu
„bia pedum pro affectu animi motu
„& geſtu corporis diligenter obſerva "

Sequitur Carmen Conradi Celtis ad Muſiphilos; poſt hoc verſus ad Jordanum modulatorem Auguſtenſem; *denique Sapphicum* Benedicti Chelidonii Norimbergenſ. ad *Conrad. Celtem. Succedit opus ipſum muſicum, in cujus calce legitur:*

„Impreſſum Auguſta vindelicorum ingenio & induſtria
„Erhardi Oglin Expenſis Joannis Riman alias de canna
„& Oringen. "

„Ad

„Ad Erhardum Oglin impressorem

„Inter germanos nostros fuit Óglin Erhardus
„*Qui primus intidas* (*) *pressit in æris* (**) *notas*
„Primus & hic lyricas expressit Carmine musas
„Quatuor & docuit vocibus *ære* cani."

(*) lege *nitidas*. (**) lege *ære*.

Totum opus claudit Theoderici Vlsenii Phrisii Medici & Poete laureati ad *Chunradum Celtem Carmen*.

„Plaudite Musæ.
„Impressum anno sesquimillesimo & VII. Auguste."

Hoc idem opus noster anno eodem in quarto integrius sed minus splendide recudit, cujus editionis Exemplar vidi in Bibliotheca Monasterii SS. Udalrici & Afræ Augustæ, cum hac admonitione: *Ad lectorem. Candide Lector! Harmonias ante impressas, sive vitio exemplaris, seu alia quadam incuria depravatas, nunc integras accipies.* Subscriptio in fine hæc legitur: *Denuo impresse* per *Erhardum Oeglin Augustæ* 1507. 22. *Augusti.* Submisit isti operi anno MDVIII. aliud musicum opusculum, mihi ibidem visum: *Stella musicæ juvenibus, artisque ejusdem adhuc novellis vera propter principia inde nanciscenda edita*, cujus Subscriptio hæc est: *Completus fœliciterque finitus est liber hic ingeniosus per calcographos Erhardum Oglin Jeoriumque Nadler cives augustenses* 1508. 29. *die Martii.*

Quanquam autem ea laus *Erhardo Oeglin* vindicari debeat, quod primus in libris musicis cudendis notas æreas adhibuerit; id quod allati superius versus dissertissime testantur: tamen in hoc ipso librorum genere imprimendo præcursorem habuit *Joannem Froschauerum*, quem paragrapho XIV. nominavi. Namque hic jam anno 1500. *Michael Keinspeck Lilium musicæ plane* & fors etiam jam

anno

anno 1498. (*Mich. Maittairius* primam hujus Lilii Editionem ad hunc postremum annum, at omisso typographi nomine, in Annal. Typographicis Tom. I. Part. II. pag. 681. refert) vulgavit additis notis musicis, sed ligno tantum incisis. Placet hujus operis, quod paucissimorum in manibus est, Editionem recentiorem, scilicet anni 1500, nonnihil fusius, ex relatione amici alicujus mihi colendissimi, describere. Constat totum opus ex quatuordecim plagulis, in 4to (Hinc emendandus *Mich. Maittairius*, qui oper. cit. pag. 739. in *folio* excusum asserit) si titulum & imaginem ligno incisam demas: Continet autem rudimenta cantus choralis. Titulus est: *Lilium musice plane Michaelis Keinspeck musici Alexandrini.* In fine legitur: *Explicit Lilium Musice plane Michaelis Keinspeck de Nürmberga musici Alexandrini bene meriti. unacum psalmodie utriusque tum majoris quam minoris intonatione secundum omnes tonos & exercitio solmisandi noviter adjunctis. Impressum Auguste per Johannem Froschauer anno dñi MCCCCC.* Præ aliis notatu digna est *præfatio*, tam rudi ac barbaro stylo scripta, ut multis locis, quid sibi velit, capi haud queat: item post capitulum III. occurens *scala græca seu Pitagorica.*

Sed ad *Erhardum* Oeglin revertamur. Hanc is præterea laudem, sibi omnino propriam ac singularem, habet, quod primus Augustæ hebraicis litteris excudit. Testimonio est *Grammatica hebraica Joannis Bœschensteinii Esslingensis* quam hoc titulo anno MDXIV. mense Maio vulgavit:


„Contenta in hoc libello nuper a Joanne Bœschenstein Ess-
„lingensi edita.
„Elementale Introductorium in hebræas litteras teutonice
„& hebraice legendas.
„X Præcepta Decalogi &c. &c."

Præmittitur Auctoris *Epistola dedicatoria ad Joannem Reuchlinum Phorcensem &c. data* (ut auctor ait) *ex Augustana nostra officina*

hebrai-

hebraica, ' *IV, Non. Juny* 1514. Cæterum hæc *Rudimenta hebraica,* si illis *Dionysium Areopagitam de Mystica theologia* anno 1518. a *Joanne Millero* (vide §. XV.) græce & latine excusum junxeris, primitiæ sunt, ni magnopere fallor, librorum græcorum ac hebraicorum Augustæ impressorum.

Coronidis loco Insignia *Erhardi* nostri, qualia illa in *Petri Tritonii* supra dictis *Harmoniis* 4to inveni, hoc loco apponere non injucundum duxi.



§. XVII.

Proximi ab *Erhardo Oeglin*, Sigismundus Grimm Medicinæ Doctor, & Marcus Wirsung, Cives Augustenses, libros cudendo sibi nomen fecerunt. De *Grimmo* nostro *Caroli Stengelii* Abbatis Anhusani verba (b) referre a re nostra haud alienum duco: *Tunc temporis inter Medicos ibidem* (Augustæ) *vixit Doctor Sigismun-*

(b) Comment. Rer. August. Vindel. p. 251.

dus Grimmus, habens uxorem Magdalenam Welſerinam (c). *Is proprium pharmacopolium & propriam typographiam habebat; variis autem adverſitatibus, præſertim chymicis & ſimilibus artibus, bona ſua inſumpſit. Eſt ille, cui Joannes Aubanus Teutonicus Bohemus librum ſuum de moribus omnium gentium dicavit.* Verum, etſi teſte *Stengelio* proprium typographeum *Grimmus* habuerit, tamen quoniam ipſe artem medicam, ab opificio typographico longe alieniſſimam, profitebatur, *Marcum Wirſungum* in librariæ negotiationis ſocietatem provide adſciviſſe videtur, id quod ipſe in Epiſtola: *Rudimentis hebraicis Moſche Kimchi*, a ſe excuſis, ad *Joannem Bœſchenſteinium* libri ejusdem correctorem præfixa, teſtatur, dicens: *Officinam excuſoriam cum Marco Wirſung concive meo communem habeo.* Idem produnt quamplurimæ librorum, ab his duobus Typographis vulgatorum, ſubſcriptiones, ut in ſequentibus *Annalibus* videre eſt.

Horum vero opera & typis anno MDXVIII. *Ariſtotelis Stagyrita Acroaſes* prodierunt; quibus cum vocabula aliquot græca, græcis impreſſa litteris, intermixta ſint, ea re *Joanni Millero* præcluſiſſe videntur, quem anno ſequenti, ſcilicet 1519. *Dionyſii Areopag. de Myſtica theologia* librum græce latineque excudiſſe, ſ. XV. monui. Græcis non contenti Typographi noſtri hebraica etiam vulgavere, nimirum *Rudimenta Moſche Kimchi* & *Introductorium hebraice diſcere cupientibus cum latiori emendatione Joannis Bœſchenſtain.* Utrumque opuſculum ex Noſtrorum officina anno 1520. prodiit.

Singularis præterea gloria *Grimmi* & *Wirſungi* typographeo accedit ex *libro ſelectarum Cantionum, quas vulgo Mutetas* appellant, ſex,

(c) Duxit hanc *Grimmus* anno 1513. teſte *Ioanne Schellenberg*, Hochzeitregiſter MSS. in 4to oblongo. Atque idem tradit, *Marcum Wirſungum* quendam (ſuſpicor, Noſtrum eſſe) anno 1501. cum *Agatha Sulzeria* conubium iniiſſe.

ſex, quinque & quatuor vocum, quod opus in Odeo *Gymnaſii ad S. Annam* Auguſtæ aſſervatur, ſplendidiſſime impreſſum. Dedicavit illud *Grimmus* cum ſocio ſuo *RRmo Matthæo Langio S. R. E. Cardinali & Archiepiſcopo Salisburgenſi*, dignumque judicavit Clariſſ. vir *Chuonradus Peutingerus*, quod *Oratione ad candidum Lectorem de Muſices præſtantia* in fronte condecoraret. Verum cum memoratum Opus in ſequentibus *Annalibus* fuſius deſcribatur, non eſt, cur illud hoc loco pluribus deprædicem.

Anno MDXXII. in ſubſcriptione libelli: **Ein andächtiger Tractat des H. Auguſtins.** 4to, amborum Typographorum noſtrorum nomina occurrunt; ſed & eodem anno ſolum *Grimmi* nomen in iisdem ſubſcriptionibus apparet. Atque ex illo tempore nulla amplius *Wirſungi* memoria extat: ſive a Socio ſuo, atque arte typographica ſeceſſerit: ſive morte correptus in vivis eſſe deſierit. Anno MDXXIII. *Grimmus* utut ſocio orbatus, prælum exercere non ceſſavit, uti teſtatur epigraphe libri: **dreyhundert fünfzig Gegenwürf** ꝛc. ꝛc. ubi dicitur: **Gedruckt durch doctor Sigmund Grimm.** Verum hoc eodem anno *Hiſtoria* quoque *evangelica Ottmari Luſcinii, Grimmi* expenſis per *Sympertum Ruff* excuſa, apud *Maittairium Annal. Typograph.* Tom. II. Part. II. p. 635. occurrit; cujus ejusdem *Ruffi* opera etiam uſus eſt Noſter anno MDXXIV. Poſt hunc annum *Grimmi* nomen in annalibus typographiæ nullibi legere eſt. Hinc conjicio, eum brevi poſt tempore e vivis exceſſiſſe; certe eundem, uti & *Wirſungum* aliquamdiu ante annum MDXXXII. vivendi finem feciſſe *Præfatio Henrici Steiner*, Petrarchæ de Remediis utriusque fortunæ vernacule anno 1532. excuſo, præmiſſa, & a me paragrapho mox conſequenti exhibenda, ſatis clare oſtendit.

Nimirum hunc ipſum *Petrarcham* cogitarat Noſter germanico idiomate orbi dare; de qua re extat in laudem *Grimmi* noſtri

Epistola *Georg. Spalatini*, præfixa ipsi operi *Petrarchæ* ab *Henrico Steiner* anno 1532, succedaneis curis postea excuso, in qua sequentia habentur:

> „demnach ihr wahrlich wohlgethan habt, daß ihr hievor „auf euren Kosten Peter Stahl seel. das Buch .... Pe„trarcha von den Arzneyen des guten Glücks und Un„glücks aus dem latein in das teutsch zu transferiren .... „befohlen habt, der es auch in das ander buch gebracht. „darauf ich folgend auf euer Ansuchen .... die hinterstel„ligen theil nach dem jüngst vergangen Kayserl. Reichstag „zu Worms ..... transferiert hab. Geben zu Lochau, „D. 8. Sept. 1521."

sed morte interceptus prius diem clausit extremum, quam hoc opus publicaret. Neque penitus omittendum puto, quod de Nostro perillustris D. *Paulus a Stetten senior* in *Historia sua Augustana*, germanice edita, *Tom. I. pag.* 290. habet: *Anno* 1523 am Samstag nach *Reminiscere* wurden die Augspurgischen Buchdrucker vom Rath beeydiget / daß sie kein Schmächschrift / auch sonst kein Buch ohne Vorwissen der Burgermeister, auch ohne des Verfassers und ihren Nahmen drucken wollen. Unter den Augspurgischen Buchdruckern befand sich auch *D.* Simon (perperam *Simonem* pro *Sigismundo* dixit) Grimm / ein Medicus, so eine eigene Buchdruckerey angelegt.

Grimmi nostri typographæum a munda & castigata impressione ad posteritatis memoriam commendavit *Joannes Aubanus Bohemus* a me supra laudatus in *Epistola nuncupatoria* operis sui *de omnium gentium moribus*, ad *Sigismundum* data, quam hic breviatim apponere volui:

„Si-

„ Sigismundo Grimm Auguſtano optimarum artiu
„ & Medicinæ Doctori excellentiſſimo Joannes Bo
„ mus Aubanus Teutonicus felicitatem ſummam e
„ optat, “

„ Collaturus me ad celeberrimum hunc morem, qua on
„ nes, qui unquam a ſe ſcriptos libros in lucem edid
„ re, unum aut plures e præſtantioribus viris eligere ſ
„ lent, quibus proprie veluti defenſoribus patronis ill
„ adſcribant, dedicentque: cum huc atque illuc multun
„ diuque circumſpicerem, cui & ego lucubrationes hac
„ meas de gentium moribus . . . nominatim dedicare . .
„ velim . . . . nemo mihi te ſplendidiſſime ac humaniſſ
„ me D. Doctor! tum dignior, tum aptior occurrit; no
„ propterea ſolum, quod eas ſub expenſis tuis, *tuoq*
„ *ſub mundiſſimo caſtigandiſſimoque prelo litterario* impre
„ ſurus laudem, quantulacunque mihi ceſſerit, commu
„ nem mecum habiturus ſis; verum quod te materia e
„ haud mediocriter delectari ex eo cognoverim, quo
„ anno ſuperiore ſimiles libellos duos (unum de ſepten
„ trionalibus gentibus, cujus auctor Matthias de Mie
„ chau: aliud de meridionalibus cujusdam Ludovici d
„ Bononia) impreſſeris, meque librum præſentem in ger
„ manicam linguam noſtram transferre . . . . . adhorte
„ ris . . . . . Quapropter ornatiſſime D. Doctor! ſcript
„ hæc noſtra . . . a me . . . ſerena fronte ſuſcipere ve
„ lis, ſuſceptaque tanta fide, tanta diligentia perlegere
„ perluſtrare . . . ut nihil uſquam prætermittatur, quo
„ ſecum minutuli quidpiam ſurripiat. . . . . Vale . . .
„ Ex Ulma, anno MCCCCCXX. Kal. April. “

Non solum vero a typi munditia & castigatione, sed etiam a studio gratificandi viris eruditis, eorumque ingenii fœtibus obstetriciæ quasi opis præstandæ diligentia commendatum fuisse nostrum repperio. Sic *Jacobus Spiegelius* Juris Consultus in sua ad Nostrum epistola (d) in hæc verba loquitur:

„Jacobus Spiegel Jure Consultus Sigismundo Grymio Me-
„dico."

„Salve Sigismunde, Doctor egregie! Posteaquam Petrus Mosel-
„lanus ... non solum philosophos sed & vulgares nostros theo-
„logos vidit anilibus contentionibus usque digladiari; meo judi-
„cio regalem aperuit viam disputandi ... Equidem lectioni hu-
„jus libelli non potui non quasi spongia inhærere, quam etiam
„optimo cuique placituram puto ... Te, obsecro, Sigismunde
„suavissime! *si modo litterarum bonarum studiosis, ut cæpisti, grati-*
„*ficari pergere volueris*, hoc enchiridion luci subito tradas. Bis
„dat, qui dat celeriter. Bene vale."

Quamobrem meritissimo jure de Nostro *Joannes Dickius* Babenhusensis pronunciavit (e): *Qui (Grimmus) se quasi in omnes rei litterarum professores parentem agere solet.* Et profecto non solum litteratorum labores in officina sua adjuvit, sed etiam nonnullis eorum scriptis ipse, qua editor, in musæo suo primam lucem dedit. Testis hujus rei præcipuus *Alsabaravius*, quem *Paulo Riccio*, Caroli V. Archiatro hortante, ingenii sui cura in lucem primus produxit. Sed de hoc alibi agetur.

Insignia *Grimmi* & *Wirsungi* nostrorum inveni conjuncta in *Petri Ægidii Threnodia*, anno 1519. a Nostris excusa, qualia hic

(d) Repperitur hæc in fronte libri: *Petrus Mosellanus de ratione disputandi* 4to anno 1519. a *Grimmo* nostro excusi.

(e) vide *ejus dedicationem ad Epistolam Ecclesiae Sponsae ad Christum Sponsum* ab illo circa 1523. 4to editam.

hic pone vides, Lector! Repperi etiam Insigne *Grimmi* seorsim (scilicet *Faunum clavam vibrantem*) in libello anno 1583. ab eo solo impressum, sub titulo: **dreyhundert fünfzig Gegenwurf ꝛc. ꝛc.**



Insignia Sigismundi Grimm & Marci Wirsung.

§. XVIII.

§. XVIII.

Pergo ad enarrandas *Henrici Steineri*, five *Steyneri*, Typographi Auguſtani, oppido inclyti, laudes. Hunc primum anno MDXXIV. libris cudendis inſudaſſe, repperio: namque hoc anno inter alia librum: Roſengarten der ſchwangern Frauen 4to ab eo vulgatum vidi in Bibliotheca *Collegii Auguſtani* quondam *Societ. Jeſu*. Vocavit ſe Noſter quandoque *Henricum Siliceum*, nomine ſuo germanico, pro more illius ſæculi, latine reddito; uti e. g. legere eſt in ſubſcriptione *Speculi lapidum Camilli Leonardi Piſaurenſis* anno MDXXXIII. ab eo formis excuſi. Præ ceteris publico apprime a ſe conſultum iri credidit *Henricus Steyner*, ſi vetuſtiores ſcriptores tum græcos tum latinos, juxta cum recentioribus, in idioma translatos vernaculum, germanici juris faceret; quod ſuum conſilium non ſine maximis (ut facile conjici poteſt) impenſis executioni ſtrenue mandavit. Documento indefeſſæ ejus hac in re induſtriæ, laboriſque ſunt *Flavius Vegetius Renatus*, quem anno 1529. *M. Tullius Cicero de Officiis*, quem anno 1531. *Franc. Petrarcha de Remediis utriusque fortunæ*, quem anno 1532. *Plutarchus*, quem anno 1534. *Polydorus Vergilius de Invent. Rerum*, quem anno 1537. *Xenophon*, quem anno 1540. *Joan. Stobæus*, *Thucidides*, cum *Demoſthenis* Orationibus, *Joan. Bocatius de claris Mulieribus*, quos 1543. (ut reliquos ſileam) germanicæ conſuetudini tradidit. Conſulto diſtinctam, benevole Lector! horum librorum enumerationem inſtitui; quia ſubſequentes *Annales* ad annum MDXXX. extenduntur, indeque facile in errorem induci poſſes, ac ſi haud multum in re typographica præſtitiſſet *Henricus* noſter. Non ſolum autem memoratos libros communi Germanorum uſui typi ope præſtituit Noſter, ſed etiam eosdem (uti alios, a ſe procuſos, plures) imaginibus, ligno inciſis, oppido elegantibus atque artificioſis exornare non prætermiſit, nullis hac in re ſumptibus parcens. Juvat ipſam illius *Epiſtolam commonitoriam ad Lectorem*, quam *Franc.*

Petrar-

Petrarchæ de Remediis utriusque fortunæ, a se anno 1532. (ut sæpius a me dictum est) typis exscripto, præfixit, hoc loco inserere, ut omnibus pateat, tum ea, quæ hucusque de Nostro dixi, cum veritate maxime consentire: tum eundem minime illiteratum fuisse:

„Geliebter, lieber Leser!

„Nachdem ich zum ernstlichen gedacht hab, wie nicht allein die na„türlichen Philosophen, sondern auch die weisesten Kunig, so un„ter ihrer Regierung zum fürnehmisten mit ersuchten und theuer „erkauften Büchern, zugleich bey der Ritterschaft und Gemeynd, „ehr gesucht, als sie dieselbigen zu nuzberlicher Menschenzucht in „ihre weit berühmten Schäzkämern bewahrten, und samt der That „bezeuget haben; dieweil jeder von himlischen Schöpfer, und ge„meinen göttlichen Vatter als seiner Gnaden Werckzeug in diese „Welt also geboren und geordnet sey, daß er mit sinnreichen Ge„schänken zuvor seinem vätterlichen Geber und überhimmlischen „Werckmayster preise durch ganz gelaßne gehorsamkeit, hiebey sein „irrdische gebärerin, das Vatterland, danckbarlichen ziere und „ehre, endlichen auch alle Menschen neben seinen verwandten heil„ßamlichen erbaue, und pflege, möge doch solches alles in anderer „Gestalt weder sicherer noch fruchtbarer geschehen, dann durch „offentliche Förderung kunstreicher Bücher, durch die man in Krieg „und Frid, in Lieb und Layd wider allen weltlichen Troz berathen „und gewafnet würd; welcher meinung nicht allein Ptolomäus, „der sein Librerey mit unaussprechlichen kosten in Aegypto geadelt, „nicht allein Tarquinius der drey Sibillinische Bücher dem Römi„schen Rath um ein unglaublich Geld erkauft, nicht Julius Cäsar, „noch Augustus allein, die auch in den lägern beschribner Geschich„ten und Räthen ihr Ritterschaft oft ermahnet haben: sondern „auch Plato, der die Bücher der Pythagorischen Philolen um tau„send Kronen, und Aristoteles, der die Philosophey Speusippi um

i „acht-

„achtzehn hundert Kronen kümerlich erlangt und durch so löbliche „Ubung mänigliche ein redbar Vorbild und Zeiger, daß solches „(meines Beduncken) niemand pflichtiger dann einem Christen „gebürt. Darum ich mich tag und nacht mit einem treflichen Ko= „sten und Unruhe also lang bemühet, bis mir Gott diss allerherr= „lichst Werck des hochgelehrten *Francisci Petrarchæ*, so von dem „weyßesten Kunig Rupertus von Sicilien nicht allein mit poeti= „schem Kranze gekrönet, sondern auch hochwürdiglichen geliebt… „und durch …. Herrn Sigmund Grimen doctorn der Arzney, „und Marren Wyrßung Burger zu Augspurg…. bedingt zur „verdeutschung (wiewohl mit beyder Tod ein Zeit verlegt) … zu= „gefügt hat. Als ich aber mit hohem verwundern die allerwehrte= „sten Lehren des trostreichen Werks ermessen …, hab ich mich Ko= „sten und Mühesamkeit nicht… dauren lassen, sondern das erst buch „mit viel zierlichen und wunderlustbarlichen figuren so nach …. „Angebung *D. Sebastiani Brand* seel. auf jeglichs Capitel gestellt „sind, nicht um ain klain Geld erkauft, und in Anschauung sol= „chen Lust empfangen, daß ich auf meinen fernern Kosten auch das „ander buch, so mir noch unverkundschaft war, bestellt zu verdeut= „schen, bis mir mit der Zeit dasselbig, vornzu in deutsch verfertigt, „durch ehrbar Leuth zu erkaufen gegonnet worden." Hactenus *Steynerus* noster.

Primus ad hæc (quod scio) librum Hispanico idiomate Augustæ foras emisit. Fuit is *Luys de Avila Vanquete de nobiles Cavalleros, e modo de bivir* 4to, quem anno 1530. impressit. Extat insuper artis Nostri specimen singulare, *Biblia*, quatuor formæ majoris voluminibus, membranæ per Nostrum impressa expensis *Petri Aprellen*, chartæ pergamenæ confectoris, quæ olim in *Bibliotheca D. Raymundi de Krafft* asservata fuisse, *Jo. Georg. Schelborn* (f) docuit. Inter præcipua, a Nostro vulgata, Opera haud infimum sibi

(f) Amœnitates litterar, Part, III. p. 31.

ſibi locum poſtulat *Concilium Conſtantienſe*, quod ad editionem *Sorgianam* anni 1483. (confer hujus Diatribes §. IX.) cum plurimis figuris ligno inciſis anno MDXXXVI. in folio recudit, addita præfatione propria. Quamdiu autem artem typographicam fecerit, certo comperire hactenus mihi haud licuit. Anno MDXLIV. eum adhuc excudiſſe ſcio: quippe *Ludovici Vivis* **von Unterweyſſung einer chriſtlichen Frauen** *c. fig. ligneis*; *Ejusdem* **vom gebührlichen Thun und Laſſen eines Ehemanns** *c. fig. ligneis*, ambo in *folio* hoc anno a Noſtro vulgata, in memorata Bibliotheca *Collegii Auguſtani* vidi.

§. XVIIII.

Jam vela orationis contraho, & ne longius extendatur ſermo meus, opportunum exiſtimo, reſiduos Typographos Auguſtanos tantum nomine tenus commemorare. Sunt hi *Sympertus Ruff*, qui annis MDXXIII. & MDXXIV. plures libros expenſis *Sigismundi Grimmi* (confer Paragraphum XVII.) ſubin vero hoc eodem poſteriore anno, & anno MDXXV. ſuis propriis ſumptibus excudit. *Erhardus Sambachius*, quem in Bibliopolarum potius, quam typographorum numero reponendum eſſe, monet ſubſcriptio *rudimentorum Grammaticæ Jo. Aventini*, anno 1519. Auguſtæ impreſſorum, de quibus vide *Annales* ſequentes. *Melchior Ramingerus*, aliquot tantum libris, quæ ex ipſius officina prodierunt, mihi notus. *Alexander Weiſſenbornius*, qui poſtidea, a Duce Bavariæ Wilhelmo evocatus, Ingolſtadii prælum exercuit, & a quo in Bibliotheca *Canoniæ San-Georgianæ* Auguſtæ in pergameno nitide admodum anno 1549. Ingolſtadii excuſa in *folio* vidi *Acta & ſtatuta Synodi Diœceſanæ Auguſtenſis* ſub Othone Truchſeſſio Cardinale & Epiſcopo Auguſtano habitæ. *Philippus Ulhardus* celebris, & longiori temporis ſpatio typographicis laboribus defunctus vir. *Valentinus Ottmarus*, libro: **Künſtliches Kochbuch** 4to 1544. vulgato, & a me in Biblio-

bliotheca *Collegii Augustani* quondam *Societ. Jesu* viso, aliisque, paucioribus tamen, mihi cognitus. *Melchior* denique *Kriegstainius*, quem *Paul. Hectoris Mayr declarationem omnium Patricii ordinis familiarum laudatissimæ Civitatis Augustæ*, *c. fig. ligneis in folio* tum latino sermone, tum etiam vernaculo anno MDL. Augustæ luci publicæ tradidisse scio; de quo videri potest *Thesaurus Bibliothecalis vol. IV. Part. I. pag.* 115.

§. XX.

Hæc sunt, benigne Lector! quæ tibi *de Origine & Incrementis Typographiæ Augustanæ*, *usque ad annum ferme MDL.* exponere volui; qua in re si minus gravia & summorum virorum judicio digna occurrunt, cogites velim, non cuivis civitati aut Frobenios, aut Aldos, aut Stephanos &c. &c. concessos esse. Quod quomodocunque se habeat, &, si vel Typographorum numero, vel operum excusorum magnitudine, excellentia, nitore multis urbibus inferior sit civitas Augustana; tamen vicissim ab hac præcipuæ Europæ metropoles, maximaque orbis emporia ea re vincuntur, quod præ illis artem generi humano divinitus concessam, & (si modo abusus absit) longe utilissimam fructuosissimamque cito sua intra mœnia suscipere occuparit. Vale, Lector! & conatus meos æqui bonique consule.

ANNALES
TYPOGRAPHIÆ
AUGUSTANÆ

AB EJUS ORIGINE
M C C C C L X V I.
USQUE AD ANNUM
M D X X X.

1466.

Biblia latina, per Jo. Bemmler. fol. Aug. Vind. *

* Vid. Melch. Adami in vita Guttenbergii, d. antiqq. Crusii testimonium attulit M. G. F. Magnus in disq. vid. Tenzelii Monathliche Unterredungen 1692. p. 667. & aliud ex Achille Gassaro ib. p. 695. adde Wolfii Monum. typogr. part. I. pag. 322. 337. 351. 727 910. part. II. p. 1016. Maittaire Annales typograph. part. IV. p. 276. Stengelii res August. p. 243.

1467.

Biblia Germanica apud Jo. Bemmler. fol. Aug. Vind. *

* De hac rariss. edit. Germ. Cel. Diet von Stade in spec. lect. antiquar. francic. p. 22. & Jo. Fabrici Bibl. histor. P. I. p. 24 priori loco citatus Dns. de Stade testatur sibi horum Biblior. exemplar ad manus fuisse atque ex eodem decalogum Germ ex Exod. XX. 23. exhibuit. Lege etiam Longi Bibl. Sacr. T. II. p. 186. ita Maittaire l. c. pag. 271. Beyträge zur critischen Historie der teutschen Sprache V. Band p. 20. & Vogt. Cat. libror. rarior. p. 98. Leipz. gel. Zeitung de anno 1727. n. 44. p. 442. sqq.

1468.

Speculum Passionis Christi. impressum hoc præsens opusculum per me Guntherum dictum Zeyner de Reutlingen III. Id9 Marcii anno LX° octavo. fol. *

* Vide præcedentis DIATRIBES §. VI.

Vocabularius lat. Germ. fol. Aug. Vind. per Jo. Keller. *

* Cat. Bibl. Jo. Argent. f. 262. Vide præcedentis DIATRIBES §. X.

A 2 1469.

Bo[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]

1469.

Summa M. Joannis de Aurbach vicarii Bambergensis. a Gunthero Zeiner de Reutlingen artis hujus ingeniose Magistrum, in urbe Augustensi impressus feliciter a partu virginis salutifero anno currente 1469. In fine legitur: finit libellus divina ecclesie sacramenta. que numero septem. & alia qmplurima secum versans per salubria pro viris ecclesiasticis maxime curatis. subditorum animab9 providere habentib9. cui titulus in capite fulgidus. a Ginthero Zeiner de Reutlingen. artis hujus ingeniose magistro. in urbe augustensi impressus feliciter. &c. *

* Extat in Bibliotheca Buxheimensi, in fol.

Joannis de Janua Catholicon. Impressum Augustæ Vindelicorum, a Gunthero Zainero, Reutlingensi. fol. maj. In fine hi leguntur versus:

Grammatice partes & vocum proprietates.
Verius inuenies hoc codice, si quoque queres.
Nomen. qui libro scripturam impressit in illo.
Hunc cito comperies per litterulas capitales.
Hinc poteris certe cognomen (i. e. Guntherus) noscere aperte.
Ex Reutling Zainer hic dicitur esse magister.
Recte presentis artis doctissimus ipsus.
Vt pateat nomen libri qui dicitur esse.
Sumptus de variis autoribus atque poetis.
KATHOLICON. fertur quem collegisse Johannes.
Cui nomen patrium dat Janua cuncta sit Ensis (i. e. Januensis)
Hoc complevit opus. lux vltima mensis aprilis.
Dum currunt anni nati factoris in orbem.
Mille Quadringenti queis Sexaginta novemque
Adjice, Vindelica finitur in vrbe serena.
Quam Schowenberg tenuit. qui libro præludia dedit.
Titulo Cardineus præses vbique coruscus
Terminat sic diuus præsul ex Werdemberg altus
Cum Paulo secundo papa. imperante Friderico. *

* Vid. Catal. Bibl. Joh. Argent. fol. 117. & Schwarz. l. c. p. 92. conf. die so nöthig als nützliche Buchdruckerkunst und Schriftgiesserey Part. IV. p. 76.

1470.

1470.

Hamartigeniæ finem s. orationem Prudentii ad Deum, publicavit Ginther Zainer de Reutlingen Aug. Vind. 1472. *

* vid. Daunii Sylleg. Poetar. Christian. Paulino Petrocorio pref. XX. 4. Ex hoc libro discimus Ginth. Zainer ex Reutlingen jam a. 1470. impressisse. Vix dubito illum jam ante hunc annum libros edidisse sed non deprehendi annum adpositum. Quia pauciora de eo occurrunt huc referam egregium testimonium ex Rosvveido redivivo i. e. Vindic. Vindiciar. Kempensium. Col. Agrip. 1649. edit. p. 130. in illustr. Biblioth. ampl. Reip. Aug. in pluteo 8. libror. theolog. Cod. 32. in fol. habentur libri IV. de imitat. Xti, & in calce eorum isthæc verba: Viri egregii Thomæ montis S. Agnetis in Trajecto regul. Canon. libri de imitat. Xsti numero quatuor finiunt feliciter per Gintherum Zainer ex Reutlingen progenitum litteris impressi aheneis. Quo anno Gintherus formis ac prelo suo Thom. Kempens. auctorem libri de imitat Xsti subjecerit pro more aut incuria illius seculi addere neglexit. Præfert tamen in fronte luculentum senii sui Codex testimonium isthoc: (Iste liber emptus est a Conventu Augustensi Ordinis fratrum Carmelitarum A. 1486.) Imo ex antiquissimo Mortilogio MS. in membrana Canonicor. regular. Ord. S. Augustini ad S. Crucem Aug. Vind. ubi perpetuum anniversarium sibi instituit Sc. Zainerus constat hunc Gintherum Zeiner diem suum obiisse 14. Apr. a. 1475. adde p. 313. Theoph. Sincerus Nachrichten von lauter alten und raren Büchern III. Stück p. 155. will, daß die erste Edition gleich nach Thomä Kempens Tode zu Augsburg a. 1472. heraus gekommen.

Josephi Historiographi, viri clarissimi antiquitatum numero viginti, per Johannem Schufsler civem Augustensem non scriptorum quidem arte, sed qua nostra tandem ætas dotata est impressoria scilicet exarati anno a nativitate dominicæ Millesimo quadringentesimo septuagesimo Kal. vero Julias quarto. fol. maj. *

* Extat in Bibliotheca Buxheimensi.

Josephi de bello Judaico libri septem per eundem Jo. Schufsler ciuem Aug. impressi Kalendas Sept. decimo anno vero a partu Virginis salutifero millesimo septingentesimo. fol. maj.

Judaicam guerram, gentes, vrbem, sacra terram
Fine simul tristi pro sanguine perdita Christi
Josephus iste meus peredidit auctor Hebræus. *

* Editio prima. Minus recte itaque editio Josephi operum Veronæ 1480. per M. Petr. Mauser, Gallicum excusa a Maittario l. c. p. 154. in Biblioth. du Boisianæ Catal. P. I. p. 4. omnium prima habetur. Ita Hæberlinus in design. libror. quorund. ab inc. Typogr. ad a. MD. excusor. ex B. Bibl. Krafft. vid.

vid. Uffenb. Bibl. T. II. append. I p. 13. seq. Bibl. Krafft. Hist. n. 227. & quæ editor ibi (s) notavit. videsis etiam Schvvarzii indicem p. 84. seq. Extat in Bibliotheca Buxheimensi.

Ovidius de arte amandi & remedio amoris per Gintherum Zainer de Reutlingen civem Augustens. fol. Aug. *

* vid. Schelhornii addit. ad Maittaire in Misc. Lipſ. Tom. XII. p. 68.

Gulielmi Durandi Rationale divinorum officiorum, libri VIII. in fol. regali. In fine legitur: Anno a nativitate dnica. Millesimo quadringentesimo septuagesimo. Kalend. vo februarias undecimo. libri ptis collectanea cui & rōnale divinorū titulus. Gintherus Zainer ex reutlingen civis pgenitus. urbe aūt cōmanēs augustensi in medium cunctis legendum exaravit felicit. &c. &c. *

* Extat in Biblioth. Buxheimensi Ord. Carthuſ.

1471.

Beati Pauli Horosii presbiteri historiographi discipuli Sti Augustini in Xstiani noiis querulos libri septem. (NB. titulus hic eodem modo exprimitur quo excusus est germano-gothico caractere) per Jo. Schussler florentissimæ urbis Augustæ concivem impressi anno a partu virgenis Marie salutifero. Mo. quadringentesimo & septuagesimo primo, circiter Junii Nonas septimas. fol. *

* Rara est hæc novaque computi ratio cum plures 6. horis Roman. non admittat Calendarium. vid. Bibl. Anon. Hag. p. 239. Extat in Bibl. Buxheimensi Ord. Carthuſ.

Ad sanctissimum dnum dnm Paulum secundum, pontificem maximum, liber incipit dictus Speculum vite humane. Quia in eo cuncti mortales in quovis fuerint statu vel officio spirituali aut temporali speculabuntur, ejus artis & vite prospera & adversa: ac recte vivendi documenta, editus a Roderico Zamorensi Episcopo & postea calagaritano hispano ejusdem sanctitatis in castro suo sancti Angeli Castellano & referendario. fol. In fine; finit liber dictus speculum vite humane -- a Ginthero Zainer ex Reutlingen ciui progenito, vrbe autem commanenti Augustensi: arte impressoria feliciter editus:

Anno

Anno a parte virginis salutifero Millesimo quadringentesimo septuagesimo primo. Ydus vero Januarias tercio. *

* Schvvarzii indic. p. 88. Scriptor inter testes veritatis referendus. conf. Val. Ern. Lœscheri Supplement. Cat. Maittair. in Strom. seu Dissertt. sacri & litterar. Argumenti p. 240. Extat in Biblioth. Buxheimensi S. Ord Carthus.

Petri de Crescentiis commodorum ruralium Libri XII. in fine: Petri de Crescentiis ciuis bonon. ruralium Commodor. libri duodecim finiunt feliciter per Johannem Schussler ciuem Augustensem impressi. Circiter XIIII. Kalendas Marcias Anno vero a partu virginis salutifero Millesimo quadringentesimo & septuagesimo primo. fol.*

* vid. cel. Schvvarzii ind. p. 86. Bibl. Norimb. Saub. 119. Beughem incunabula Typogr. p. 50. sed Orland p. 123. Argentinæ.

Joannis Boccatii de claris muliebribus Tractatus, versus a medico quodam Ulmensi in linguam germanicam prod. Aug. Vindel. *

* vid. Hallervord. Bibl. curiosa p. 164.

Legenda Sanctorum germanice. In fine libri: Gedruckt von mir Ginther Zainer gebohren aus Reutlingen, wonent zu Augspurg, am Freytag für Symonis vnd Judä, als man zalt von der Geburt Christi, Tausent vierhundert vnd in dem ain vnd sibenzigsten Jare. in fol.

* vid. Schvvarzii ind. p. 3. seq. qui observat, Codicem hunc conspicuis & eximiis characteribus impressum, figurisque sanctorum ligno descriptis ornatum esse. Refragari adeo eundem Loeschero qui Strom p 285 tradidit, iconismos ligneis formis impressos (Holzschnitte) in Bibliis germ. Aug. post a. 1480 editis primum occurrere, præter eos qui separatim prodierint, & dubitare videtur, quod idem vult Loescherus, an Sorgius primus fuerit qui litteris germanicis excuderit.

Ovidii opera in fol. quæ prodierunt Romæ a. 1471. & statim repetita Aug. per Gunther. Zainer ex Reutlingen A.C. 1471. fol. *

* vid. Thes. biblioth. Tom. I. Part. I p. 167. Verius definiretur supra positus Titulus sic: Ovidius de arte amandi, & de remedio amoris; qui liber in fol. minori extat in Bibliotheca Zvvifaltensi Ord. S. Bened. cum hac subscriptione: Impressus in Augusta per Gintherũ Zainer ex Reutlingen progenitum Anno dñi M°. CCCC°. LXXI°. XV°. Kal. februarii.

Joannis de Turrecremata aliquot, per Jo. Schussler. Aug. 1471. *

* Ex annotatis D. Franc. Anth. Veith. Loescherus l. c. pag. 240. vid. an. 1472.

1472.

1472.

Jo. de Turre Cremata Scripta aliquot. Aug. *

* vid. Fabric. Bibl. lat. med. Tom. IV. p. 474. Loescherus l. c. p. 240. ad annum 1471.

Caſſiodori hiſtoria tripartita ex Socrate Sozumene Theodoret. per Joh. Schuſsler. fol. Aug. Vind. *.

* Jean de la Caille hiſtoire de l'Imprimerie & de la librairie p. 28. Bibl. Norimb. Saub. p. 120. & Bibl. Jo. van der Meer L. B. 1683. p. 6. n. 171. apud Hæberlin. l. c. ita lego: Caſſiodori hiſtoriæ tripartitæ ex Socrate Sozomene & Theodoret. ex græco in latin. tranſlatæ. Lib. XII. per Jo. Schuſsler fol. Aug. Vindel. MCCCCLXXII. Prima edit. vid. Maittaire p. 95. & Tom. IV. p. 3. in calce leguntur ſequentia: Hiſtorie tripartite libri numero duodecim iam Domino preſtante finiunt feliciter. Non quidem cerographati: ſed ipſa, quæ a ſummo demiſſa eſt arte, per Jo. Schuſsler regie urbis Auguſtenſis civem quam diligenter impreſſi Anno &c. Bibl. Kraſit. hiſtor. n. 227.

Summa Johannis translata de latino in vulgare: Hie endet ſich Suma Johannis die gezogen iſt aus dem heiligen Decretbuch, und von Latein in teutſch gemacht durch ein Hochgelerten Man Bruder Berchtold Predigerordens und die hat gedruckt Johannes Bämler an Freytag vor Michaelis in der Kayſerl. Statt Augſpurg anno MCCCC vnd in dem LXXII. Jare. fol. *

* vid. Bibl. Uffenbach. Tom. II. append. I. p. 17.

Ambroſii Hexaemeron. fol. Aug. Vind. *

* vid. Catal. Wilh. van der Meer Lugd. Bat. 1641. apud Iſaac. Comelinum A. 1. num. 39. RRmus ac Celſiſſimus S. R. I. Princeps & Abbas Dominus Martin. Gerbert in Itinere Alemannico (verbo Weingarten) p. 241. hujus Operis ſubſcriptionem ſequentem affert: „Beati Ambroſii Epiſcopi Mediolanenſis opuſculum, quod Hexameron vocitatur iucunde explicit. Per Johannem Schlusſler (rectius Schüſsler) imperialis urbis Aug. civem quam diligenter impreſſum anno ſalutifere Incarnationis Hieſu Salvatoris. Mileſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo.

Reverendi patris domini **Jacobi de Theramo** Compendium perbreve Conſolatio peccatorum nuncupatum: Et apud noſullos Belial uocitatum. ad papam Vrbanum ſextum conſcriptum: Incipit feliciter. In fine: Explicit liber Belial nuncupatus alias peccatorum conſolatio. Per Joh. Schuſsler civem Aug. impreſſus. Anno Dñi M° CCCClxxij Julii vero Nonas vj.

Hie

Hie hebt sich an eyn gutt nützlich buch von der rechtlichen überwündung cristi wider sathan den fürsten der helle vnd des sünders betröstung. In fine: deo gratias. Gedruckt von mir Gynthero zeiner geboren auß Reutlingen, Am Freytag nach sant Johanstag dem touffer, als man zalt von der geburt Cristi Tausent vier hundert vnd in dem czwey vnd sibenczigisten jar. *

* vid. perillustr. de Murr Journal zur Kunstgeschichte und zur allgemeinen Litteratur II. Theil p. 383. 387. 393. conf. Bibl. Nor. Saub. p. 120.

Joannis de Turrecremata opera. Aug. Vind. *

* vid. Bibl. Norib. Saub. p. 121. Orlandi origine e progressi della Stampa, osia dell'Arte impressoria, e Notizie dell'opere stampate dall'Anno MCCCCLVII. sino all' Anno MD. Bologna 1722 hanc editionem Jo. Schußler adscribit, additque ea opera excusa fuisse octo Tomis, uti & Beughem l. c. p. 139. Notandum in Biblioth. Buxheimensi extare in folio minori Joannis de Turrecremata Expositionem in Psalmos, in cujus fine legitur: Per Johannē Schüßler ciuem Aug. impressa, anno dñi MCCCCLXXII. pridie nōs Mayas. Et in eadem Bibliotheca exsistit alia hujus operis Editio a Schüßlero vulgata, sed sine anni indicio, diversa omnino a superiori Editione.

Isidori Junioris, Hispalensis episcopi, libri Etymologiarum sive originum ad Braulionem, Cæsaraugustanum Episcopum perscripti. In fine: Isidori junioris hispalensis episcopi Ethimologiarum libri numero viginti finiunt feliciter! Per Gintherum Zainer ex Reutlingen progenitum. litteris impressi ahenis. Anno ab incarnatione domini, millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo decima nona die mensis Novembr. fol. *

* vid. Schvvarzii ind. p. 101. & ibi notata. Schelhorn Amoenit. litter. Tom. VI. p. 495. Extat in Biblioth Dom. FF. Veith Augustæ, item in Bibl. Buxheim.

Isidori junioris, Hispalensis epi. liber de responsione mundi & Astrorum ordinatione ad Sesibutum regem. In fine: Liber sancti Ysidori epi. de responsione mundi & astrorum ordinatione, finiit feliciter per Gintherum Zainer de reutlingen ciuem Augustensem Anno dni. mccccclxxii. Mensis Septembris die septima. fol. *

* vid. Schvvarzii ind. p. 101. Misc. Lips. Tom. XI. p. 68. Extat in Bibl. Buxh.

Alberti ab Eyb num conveniat uxorem ducere an non. Germanice, per Ginth. Zainer. fol. Aug. Vind. Inscriptio germanica ita sonat: Ob einem manne sey zu nemen ein eelichs weyb oder nicht. *

* Editio hæc secundum editionem Norimbergæ 1472. impress. Aug. Vind. a Gunthero Zainer impressa est, uti perillustr. de Murr l. c. p. 393. not. (*) annotavit, vid. Sinceri Nachrichten 4. Stück p. 221. Bibl. Krafft. Misc. n. 96.

Hie hebt sich das Buch an das man nennt das guldinspil vnter dem begriffen seind siben spil, durch welche die Houbtsünd der ouch an der zal siben seind, kurz vñ meisterlich zu bestraffung der irrenden erclärt werden. fol. In fine legitur: Nun han ich mit gottes hilff vnd der heiligen Geschrifft hilff disz büchlein vollbracht von dem guldin spil, als ouch sannt augustinus eineß macht ein büchlein onuersencklich, wer daß list vñ hört der beßer es vñ bitt Got durch fleißiclichen vnd ernstlichen für mich, des beger ich, ein priester prediger ordens hieß meister ingolt, hat diß spil gemacht. Getruckt von Ginther Zainer auß Reutlingen an dem achten Tag sant Jacobs des merern, als man zalt von der geburt cristi MccccLxxij jar. *

* vid. Thes. Bibl. T. I. P. I. p. 122. seq.

Dialogi S. Gregorii Papæ. *

* Kham. Hier. August. P. III. regul. p. 83. vid. præced. DIATR. §. VIII.

Leben der Heiligen. Sommertheil. Augspurg durch Ginther Zainer. *

* Hæberlinus in Bibl. Krafft. Th. n. 128 notavit, figuras hujus codicis ligno insculptas & infantiam hujus artis spirantes pictas apparere.

Die Leben der Heiligen. fol. maj. in II. voll. in fine partis hyemalis leg. Gedruckt von mir Ginthero Zainer geboren aus Reutlingen, wonent czu Augspurg. Am Freytag vor Symonis und Jude. Als man zalt von der Geburt Cristi, Tausent vierhundert und in dem ein und sibenczigisten Jare ꝛc. In fine part æstiv. autem leg. Getruckt von Ginthero Zainer geboren . . . am Montag nach sant Jörgen tag, als man zalt von der Gepurt Christi tausent vierhundert und in dem zwey und sibenczigisten Jare. *

* In ligatura hujus libri calamo script. leg. Legendenbuch von der Hailigen Leben und ungleublichen Wunderthaten. Das Wintertheil. das Sommertheil. Cel. Jac. Bruckerus aut Mezgerus Ephorus quondam merit. in Colleg. evangel. Ann. annotavit: dem fleißigen Maittaire und fast allen andern, die von den ersten gedruckten Büchern geschrieben, ist es unbekannt gewesen. Ich nehme allein Schellhorn aus, welcher Tom. III. Amœnit. litterar. p. 129. das Sommertheil aus der Krafftischen Bibliothek anführet. Es ist auf dickes, weißes und prächtiges Papier in zwey Reihen mit großen aus Erz gegossenen Buchstaben gedruckt, und mit Holzschnitten, davon einige mehrmalen vorkommen, und die etwas schlecht gerathen sind, versehen. Es gehört mit allem Recht unter die gelehrten Seltsamkeiten, auch wegen dieser Ursache, weil so viel seltsame Geschichten darinnen erzählt werden. Von dem Buchdrucker Ginthero Zainer wissen wir, daß er sich mit seinen ehernen Schriften breit gemacht, und schon 1475 gestorben. Maittaire P. I. p. 298 299.

Tomus primus ita incipit: Hie hebt sich an der heiligen Leben in dem Wintertheil und zum ersten von dem lieben Herrn und Ertzengel Sant Michahel. Es war

ein in Walhen die hieß Sepans (Sipontum) darinne was ein reicher Man, der hieß Gargeny. Tomus secundus autem: Hie hebt sich an das Summertheil der heiligen Leben. und czu dem ersten von dem lieben heiligen lerer sant Ambrosio dem Bischoff. In fine: Nun bitten wir den lieben Herren Sant Wendel das er uns um Got erwerb alles das ons gut sey an leib vnd ouch an sel, und daß er unser fürsprech sey an vnsern letschten Zügen, das wir von Got nymer gescheyden werden. Amen. vid. Götzens Merkwürdigkeiten 1. Samml. p. 60. seq n. 47.

Hienach volgent gut nüczlich lere vnd Underweysung in deutsch beschrieben aus den Parabolen u. beysprüchen Salomonis, auch aus Kathone, Tulio und aus anderen lereren und Poeten gezogen. darinne ein junger Mensch underricht wird, wie er sich in Erberkeyt und guten Syten gegen Got und dem Menschen halten soll. fol.

Hienach volget ain nüczlich lere und Predig, wie sich zwai Menschen in dem Sacrament der Heiligen Ee halten soll. fol.

Item hienach volgen newn Stück, damit man Got ain besünder Wohlgefallen tut, wer die mit Andacht vollpringet hie in diser Zeyt. fol.

Hienach volget ain hailsame nuczliche ler, durch ein hochgelerten gaistlichen Vater beschriben, und ist genannt der Menschenspiegel, darinn man lernet sein selbs Erkeñtnucz, u. den weg der ewigen Selikeit. In fine hujus opusculi legitur: das hat gedruckt Johannes Bämler zu Augspurg im LXXII. Jar. fol.

Hienach volgen die fünf Anfächtigung die ein yeglich Mensch ersteen musz in seinen lezten Zeiten mit sampt fünff heilsamen Gepeten die offt und nuczlich zu sprechen sind mit Andacht. Hienach volgen die zechen Gepot Gottes mit einer nuczlichen Auslegung, die ein yeder vernünfftiger Cristen Mensch schuldig ist zewissen bey seiner Sel Säligkeit. Nota ein kleine Regel über die Gepot Gottes. Zu Ende stehen die Reimen:

Nun helf uns der barmherzig Got,
Daß wir also halten seine Gepot
Daß uns dadurch werd geben
Hie im Zeit Gnad und dort ewigs Leben. Amen. fol.

Hienach volgt ein nüczlich Regiment wer sich darnach haltet der mag sein Leben lang in Gesuntheit behalten. Rudolfen Grafen von Hochenburg und Margreten von Tierstein seiner Hauszfrauen zugeschriben. Hie hebt sich an ein ander buch dariñ man vindet, wie man ein gesunden Menschen erkennen soll. Und ob er von übrigen Plut siech sey. Und weñ einen Menschen eine grosse Sucht besteen will. Und von dem magen wie

sich Speiß und Tranck darinn verwandelt. Auch vindet man dabey, wie einer den Harn vahen soll. und zu wollicher Zeit. Und was ein yeder Harn bedeuttet. deßgleichen der Puls und daß gelaßen Plut. In fine: das nuczlich buch von Ornung der Gesunthey hatt getruckt und vollendet Hans Bämler zu Augspurg an sant Jörgen Awbent. Año Christi im LXXII. Jare. *

* Goezens Merkwürdigkeiten der Königl. Bibliothek zu Dreßden. II. Samml. p. 161. seq. n. 164.

Thomæ Kempensis de imitatione Christi Libb. IV. per Gunth. Zainer. Aug. 1472. fol. *

* Ex annotatis Dom. Fr Ant. Veith. Excusum fuisse librum Augustæ apud Maitt. annal. Typograph. Tom. I. p. 298. Rosvveydus Redivivus testatur. Vt vero editionem operis Augustæ factam huic potissimum anno illigem, auctoritas Theoph. Sinceri facit in libro: Nachrichten von lauter alten und raren Büchern p. 165. ita aientis: die erste Edition kam gleich nach Thomæ Kempensis Tod zu Augsburg anno 1472. heraus.

Jacobi de Theramo de Redemptione generis humani. Aug. 1472.*

* Ex ejusd. Annotatis. vid. quoque Lippenii Bibl. Theol. p. 636.

Hie endet sich die Epistel Francisci Petrarchá aus Latein zu deutsch gemacht von einer tugendreichen Frauen Grisaldis gehaiset, die hat gedruckt Joh. Bämler Augsp. 1472. *

* Ex annotatis ejusdem.

Joannis Nyder die vier und zwanzig Harpfen. fol. mit einem Holzschnitte voran. In fine legitur: Hie endē sich die vier uñ zweinczig guldin harpffen. die gezogen seind auss Collacōibus patrū, das ist auss d. heiligē altväterbuch. und die hat getrückt Johannes Bämler In der keyserlichen stat Augspurg An freytag vor weyhen nächten. Anno &c. In dem Lxxij. jare. *

* Extat in Biblioth. Canoniæ Pollinganæ in Bavaria.

Compendium morale. *

* vid. DIATR. præced. §. VIII.

1473.

Petri Comestoris historia scholastica literis æneis impressa per Gintherum Zainer. fol. *

* Reiser Ind. MSS. p. 108. Locus impress. non additus, sed Aug. Vind. a. 1471.

& 1472. impressit. Quo cognationis gradu Gintherus hic Joannem, qui Ulmæ item Reutlingensis Typogr. artem exercuit, Maittaire se nescire fatetur. Extat in Bibl. Buxheimensi Ord. Carthus.

Augustini de Ancona de summa potestate ecclesiastica. Aug. *

* Bibl. Nor. Saub. p. 123 Olearius Bibl. eccles. p. 89. Celeb. b. Schelhornii addit. ad Maittaire l. c. p. 68. Cat. bibl. Argent. fol. 6. Extant hujus operis tria exemplaria in folio minori in bibliotheca Buxheimensi, in quorum uno, statim initio, occurrit nomen Schussleri adscriptum. Vide præc. DIATR. §. VIII.

Roderici Zamorensis speculum vitæ humanæ. Aug. Vind. *

* Bibl. Nor. Saub. p. 122. per Guntherum Zainer Caille l. c. p. 28.

Chronick und Historie aus den Geschichten der Römer Augspurg bey Joh. Bämler. *

* Schelhorn l. c. Tom III. p. 129. hujus libri meminit sub tit. Historie von den sieben weißen Meistern. Bibl. Krafft. histor. n. 248.

Das Buch Belial genannt. In fine: Processus judiciarius Belial intitulatus de latino in vulgarem stilum mirifice translatus. Quem æreis figuris Johannes Bæmler in cæsarea vrbe Augustensi feliciter ac dignissime perfecit, Anno domini MccccLxxiii. in die Valentini &c. fol. cum figuris ligno descriptis. *

